

מִלְּפָנֵי הַמֶּלֶךְ הַכְּבוֹדוֹסִים  
מִלְּפָנֵי הַמֶּלֶךְ הַכְּבוֹדוֹסִים

**ACTA**  
*SANCTORUM MARTYRUM*  
**O R I E N T A L I U M**  
*E T*  
**O C C I D E N T A L I U M**  
*IN DUAS PARTES DISTRIBUTA*

*A D C E D U N T*  
**ACTA S. SIMEONIS STYLITAE**  
*OMNIA NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS*

**JOHANNIS V.**  
**LUSITANORUM REGIS**

*E BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA PRODEUNT*  
**STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS**  
Chaldaicum Textum recensuit, Notis Vocalibus animavit, Latine vertit,  
Admonitionibus, perpetuisque Adnotationibus illustravit.

**P A R S II.**



**ROMAE MDCCLXVIII.**

Typis Josephi Collini.

---

**PRAESIDIUM PERMISSU.**

JOHANNI . QVINTO  
LVSITANORVM . REGI  
PIO . VICTORI . PACIFICO

CHRISTIANAE . REI . VBICVMQ. TERRARVM . ET . GENTIVM  
PROPAGATORI

BONARVM . ARTIVM . OMNIVMQ. DISCIPLINARVM  
PARENTI . VINDICI . MAECENATI . MVNIFICENTISSIMO

QVI

FERALIBVS . BELLORVM . DISSIDIIS . AVT . CONSILIO . RESTINCTIS  
AVT . VIRTUTE . SVBLATIS

PACIS . ARTES

PUBLICA . SACERDOTIA

ECCLESIAE . MAJESTATEM . DIGNITATEMQ.

POST . IMMORTALEM . CONSTANTINI . MAGNI . MEMORIAM

QVAM . QVI . MAXIME . ORNAVIT . AVXIT . AMPLIFICAVIT

PRINCIPI . OPTIMO

DEQ. OMNIVM . NATIONVM . ORDINIBVS . BENEMERENTISSIMO

ALTERAM . OPERIS . SVI . PARTEM

IN . QVA . ACTA . MARTYRVM . OCCIDENTALIVM

. EXHIBENTVR

STEPHANVS . EVODIVS . ASSEMANVS

ARCHIEPISCOVVS . APAMENSIS

DEVOTVS . NOMINI . MAJESTATI . Q. EJVS

D. D. D.

**I M P R I M A T U R**

**Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Aposto-  
lici Magistro.**

*F. Maria de Rubcis Archiep.  
Tarst Vicefg.*

---

**I M P R I M A T U R.**

**Fr. Nicolaus Ridolfi Magister Sacri Palatii Apostolici Or-  
dinis Praedicatorum.**

**LECTO-**

## LECTORISUO

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS

ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS.



**H**ABES heic, LECTOR BENEVOLE, alteram Codicum Chaldaicorum I. & II. Nitriensium Vaticanorum Partem, cui titulus est: ACTA MARTYRUM OCCIDENTALIU: quo nempe nomine Mesopotamiam, Syriam, Palaestinam, aliasque citra Chaldaeam provincias, regnorumque tractus Orientales intelligunt; quemadmodum ubi Orientem dicunt, omnem regionem ultra Mesopotamiam indigitant. Haec autem est, quae in hac Parte continentur, Actorum Martyrum Series, & Ordo. 1. Acta SS. MM. *Luciani, & Marciani*. 2. *Vigorini, Nicephori, & Fabii*. 3. *Stratonicae, & Seleuci*. 4. *Septem Martyrum Samofatenorum*. 5. *Agnētis* Virginis Romanae. 6. *Procopii*, Martyrum Palaestinarum principis. 7. *Alphaei, Zacchaei, & Romani*. 8. *Timothei* Gazensis. 9. *Apiani*. 10. *Hedesi*. 11. *Agapii*. 12. *Theodosiae* Virginis Tyriae. 13. *Petri*, qui & *Abfelamus*. 14. *Theodosae* Meretricis. 15. *Ignatii* Episcopi Antiocheni. 16. *Phocae*. 17. *Pistis, Helpis, & Agapis* Virginum, earumque matris *Sophiae*. 18. *Eleutherii* Episcopi, *Anthiae* ejus matris, & *Carpis* Praefidis. 19. *Christophori, & Sociorum*. 20. *Luciani, Tirsi, & Calinici*. 21. *Mamantis*. 22. *Babylae* Episcopi Antiochiae. 23. *Theonillae, Tharsi, & Sociorum*. 24. *Georgii, Antonini, & Alexandrae* Imperatricis. 25. *Mimi* cujusdam, qui in Theatro passus est. 26. *Theodotae, & filiorum*. 27. *Theoduli, & Agathapodis*. 28. *Julittae* Virginis. 29. *Gordii*. 30. *Quirici, & Julittae*. 31. *Crescentis*. 32. *Dioscori*. 33. *Theodorae, & Didimi*. 34. *Sergii, & Bacchi*. 35. *Paphnutii, & Sociorum*. 36. *Pantaleonis* Medici. 37. *Febroniae* Virginis. 38. *Philemonis, Cyrili, Apollonii* Lectoris, Praefidis cujusdam, & quatuor Peltatorum. 39. *Quadragesima Martyrum* Sebastenorum. Ex hisce tamen Actis Quatuordecim tantum priora vulgamus, nec plura modo. Ea quippe sunt vel inedita haecenus, & prorsus nova, vel ab editis diversa adeo, atque dissimilia, ut illa si conferas, minime recognoscas. Reliqua vero quinque & viginti, quae a vulgatis parum discrepant, nunc missa facimus, eo consilio, ut illa omnia in generalem Actorum Martyrum Collectionem, Sanctorumque Vitarum, in MSS. Codicibus Orientalibus Vaticanae Bibliothecae existentium, Historiam commodum rejiciamus: quod Opus, magnum quidem, & laboriosum prae manibus in praesentia est, nostrisque vigiliis, & curis elaboratum, vita comite,



mite, Deoque auspice, luce publica donatum iri, speramus. Adjecimus interim ad laudata Quatuordecim Martyrum Occidentalium Acta adcuratum de Vita, & rebus gestis Sancti Simeonis Stylitæ Commentarium, a Cosma Presbytero ejus Familiari conscriptum, & initio Codicis I. Nitriensis præfixum. Eademque, tum nempe Martyrum Occidentalium, tum Sancti Simeonis Stylitæ Acta, juxta methodum, quam in Actis Orientalium Martyrum sanximus, & Latina lingua, & Admonitionibus nostris, perpetuisque Adnotationibus illustrabimus, ne quid desit Eruditorum votis.

Porro licet Acta horum Martyrum notari suo quaeque Authore minime possint: sunt enim plures, & plerumque incerti, qui de Martyribus Occidentalibus retulerunt: in dubium tamen revocari nequit, eos omnes coaequales fuisse, propterea extra omnem suspicionem, fideque dignissimos; quemadmodum ex eorumdem Actorum contextu liquet, & nos ipsi perspicue magis magisque in nostris ad Acta singula præviis Admonitionibus demonstrabimus. Neque vero aut Simeonem Metaphrasten credimus ea, quae nostro huic Operi facem præferunt, prodidisse, quum Codex præcipue Nitriensis I. unde ea fideliter desumpta sunt, longe Metaphrastis aetatem superet: aut Eusebium Caesariensem, ut quidam conjectura se adsequi putant, a quo firmissime adseveramus nullum de antiquis Martyribus fuisse compositum, præter insignem Librum de Martyribus Palaestinis, quorum integra octo Acta, quae nonnisi contracta in ejusdem Eusebii Historiae Ecclesiasticae libro octavo supersunt, ex Codice nostro Nitriensi I. proferimus; ut certo-certius ex eruditissima Caroli Majelli Archiepiscopi Emiffeni Dissertatione, cui titulus: *De Eusebiana Actorum veterum Martyrum Collectione*: constabit. Ibi enim opinio illorum refellitur, qui Eusebium somniant, præter laudatum Librum de Martyribus Palaestinae sua aetate coronatis, qui ad nos pervenit, alterum etiam conscripsisse de antiquis Martyribus, quorum passionem, historiamque, Actis adjectis, enarraverit; hunc vero ingenti cum sacrae eruditionis detrimento, diu licet, impenseque conquistum, adhuc desiderari. Quod quantum a vero sit devium, ipse testis Eusebius, qui pluribus in locis disertè quidem adserit, se Acta veterum Martyrum collegisse, eamque Collectionem in publicam utilitatem edidisse; sed de antiquis Martyribus se scripsisse, aut eorum Martyriorum historiam composuisse, nusquam scribit. Nimirum in eo dumtaxat se operam posuisse testatur Eusebius, ut Acta, & Monumenta, quibus essent ab aliis consignata Veterum Martyria colligeret, eorumque collectionem emitteret; quae proinde fuit instar earum, quae Graeci *Μαρτυρικῆ*, nostri vulgo *Passionalia* adpellant, quaeque nullo præfixo Authoris nomine; neque enim Actorum unus est Author: Sanctorum Vitas exhibent. Cujusmodi exemplaria plurima in Bibliothecis prostant. Haec Majellanae Dissertationis summa, quam totam, prout jacet, una cum duabus aliis, de Stylitis, deque Epocha Martyrii S. Theodotae, Dissertationibus, a Majello cumulate perfectis, & a pluribus doctis hominibus magna cum admiratione, & voluptate perlectis, post ejus vero obitum deperditis, ex fragmentorum reliquiis, ab egregio Viro Dominico, ejusdem

ex Fratre filio, & virtutis, atque doctrinae aemulo, nobis perhumaniter suppeditatam, in integrum restituere, aptiorique, quo potuimus, ordine, styloque redigere conati sumus, ut in hoc Opere mox digesta prodeat in lucem.

Quamquam autem omnium fermonibus Caroli Majelli virtus, ejusque doctrinae laus celebretur; ob praeclara tamen ipsius in nos, atque in Vaticanam Bibliothecam merita: cujus scilicet opera Josephus Simonius Assemanus, Avunculus meus, ad Orientales Codices Manuscriptos conquirendos, in Asiam, & Africam missus, duos hosce Nitrienses praecipue expiscatus, materiam quasi praemanusam paravit, hisce nostris laboribus digerendam: in beneficium commendationem, gratique animi argumentum, duximus, tam benemeriti de nobis, totaque Literaria Republica, Viri clarissimi Vitae compendium heic exhibere ad memoriam posteritatis. Vir cl. Cajetanus Amatus, quem Neapoli olim in Seminario Archiepiscopali convictorem Majellus, tum Rector & Canonicus, liberalibus disciplinis, morumque suorum exemplis laetavit, Romae vero studiorum adiutorem sibi adscivit, quique eidem in perhonorificum a Brevibus Epistolis ad Reges, & Principes Viros conscribendis munus, Johanne Vincentio Lucchesinio demortuo, suffectus est: Assemanus meus, quocum illi mensa communis, quique & Vaticanae Bibliothecae Praefecturam, & Sacrosanctae Apostolorum Principis Basilicae Canonicatum, eodem vita functo, suscepit: Reverendissimus Thomas Sergius de Pius Operariis, Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis contra haereticam pravitatem Consultor, qui Majello a Confessionibus fuit: aliique plures amicitia, & consuetudine cum eo conjunctissimi, aedificantibus nobis materiem congerunt, qui certe pleraque omnia non auriti tantum, sed oculati testes nos ipsi perspeximus, & demirati sumus. Quare gratum, acceptumque fore bonis omnibus consilium nostrum confidimus, qui scilicet hisce Sanctorum Actis Majelli Vitam veluti surculum inseruimus, quo mox profuso, nedum egregium & magnum, sed praestantissimum, ac praeclarissimum Ecclesiasticarum virtutum ad imitandum exemplum omnibus proponeretur.

## CAROLI MAJELLI ARCHIEPISCOPI EMISSENI

### VITAE COMPENDIUM.

**C**AROLUS MAJELLUS, Archiepiscopus Emissenus, Neapoli natus in urbe omnium Italiae celebratissima, decimo tertio Kalendas Aprilis, anno reparatae Salutis sexcentesimo sexagesimo nono supra millesimum, statim a puero & ingenio alacri & naturae ipsius habitu ad omnem sese literarum eruditionem prope esse factum ostendit, in quibus summa cum laude mox primas tulit. Verum Christiani hominis illud quum sit praecipuum, virtute magis, quam literarum gloria clarescere, vehementer, quod raro addidit in adolescente amoeniorum studiorum percupido, Carolus in eunte aetate curavit, monente in primis Bartholomaeo Cicutellio, Viro tum temporis probatissimo, cui summus deinde in Metropolitana Ecclesia Poeniten-

nitentiarum locus delatus est; ut adolescentiam suam non minus excoleret religione, quam disciplinis. Id qua ratione sit consequutus, ex eo liquet, quod ipse & Christianae pietatis, & bonarum artium studiosus veluti exemplum ad imitandum proponeretur, essetque tanto honore habitus, ut eum filiis parentes suis, ceteris vero omnibus duces studiorum ejus, & Societate Jesu Patres, ut speculum indigarent, in quod vitam inspicerent, ad honestatem, veraeque sapientiae laudem instituendam. Quo factum est, ut eo praesente nemo unus aut agere, aut loqui quidquam auderet inverecundum, nec pauci fuerint, qui Carolum adhuc adolescentem incundae vitae severioris auctorem habuerint: quod & ipse animo non semel agitaverat, perfecissetque, inclytae Jesu Sodalitati nomen daturus, nisi Cicatellius diu fufus ad Deum precibus, maturaque deliberatione, nihil id tanti esse, quod eum alio Divinitus destinatum conjiceret, pronunciasset.

Assiduus interea Deiparae sacros conventus, quos celebrant pro adolescentibus ad pietatem formandis Societatis Collegia, Carolus frequentabat. Quumque ea aetate floreret vel maxime Vir eximiae virtutis ex ea hominum familia, quos Pios Operarios vocant, Antonius Torres, quo potissimum auctore, Neapoli celebris illa, & perutilis Clericorum Congregatio coaluit, mirum est, quantum Carolus tum consiliis, tum praeclaris ejusdem in se translatis exemplis, imitatione profecerit! Ea tamen semper fuit hominis solida meditantis prudens ac sedula circumspectio, ut latere penitus cuperet, & ipse vitae minime singularis personam agere cum aequalibus parem, ad hominum vel invidiam, vel laudem declinandam: propterea plurimum faceret, & minimum ipse de se loqueretur. Quod licet in causa fuerit, quare nunc tanti Viri decora eximia minime existant, sintque in obscuro pleraque & in oblivione jacentia, iis praesertim praemortuis, quorum ductu ad pietatis semitam insistentem maxime utebatur: atque adeo volenti mihi scribere de ejus Vitae moribus institutoque, non leve quidem negotium exhibeat in tantis tenebris rerum, atque ignoratione versari; indicium tamen perspicuum animi illius facit, quam integre, quam sapienter de tota ipse rei Christianae ratione cogitaret. Id enim veram inter, & personatam virtutem discriminis interest, quod illa agere laudabilia, haec laudari maxime studet; quum ea scilicet esse, quam videri, haec autem videri, quam re esse malit. Hanc igitur verae solidaeque virtutis indolem, & excellentem naturam ita Carolus est adsequutus, ut quamvis ipse cum impigro, navoque in bonis artibus comparandis studio, & labore certaret; nihil tamen extra se pateretur existere, quod ipsum ceteris anteferre videretur, nulla re laetus magis, quam sola conscientia recte factorum.

At quemadmodum accidit, ut quo minus quis gloriam petit, eo magis adsequatur, non diu Archiepiscopi Neapolitani, Antonii Cardinalis Pignatelli oculos effugit tanta Hominiis continentia, cum magno Humanarum, Divinarumque disciplinarum amore conjuncta. Illud, quotquot Ecclesiarum Sacerdotia curant Christiani gregis Pastores, maximopere plerique omnes intendunt, ut Clericorum Seminaria, quae sunt veluti novellae sobolis in emor-

tuarum arborum vicem succrescentis origines, augeantur quammaxime, & efflorescant; norunt quippe, ab hoc uno totum pendere creditae sibi plebis ut bonum regimen, ita & Sanctitatem & Religionem. Et si enim per se ipsa clara, & sanctissima sunt eorum, qui Sacris praesunt, officia; tamen Ecclesiae Magistratus perinde haberi quotusquisque facile intelligit, ut illorum, qui eos sustinent, virtus est. Hoc sane consilio sapientissimus Cardinalis, dignus profecto memoria temporum sempiterna, Carolum in Seminarium advexit; qui scilicet pubescentium plantarum, quae mox in Domini vineam traducerentur, suarum derivatione virtutum velut irrigatio foret, quo feliciter adlescere. Atque hoc quidem de se tam egregii Principis iudicium, contemnamque animo expectationem, mirum est, quam praeclare Majellus qua doctrina, qua moribus sustinuerit! Is ad id locorum tantus Vir, qui neque Urbanis munditiis, neque illorum, qui primas agere in Civitatibus amant, conventibus sese exercuerat, ubi summos in unaquaque re conveniendi locus adfuit, repente coepit clarescere, & plerisque faciem ejus ignorantibus facile notus omnium sermonibus celebrari. Quod ei maximo bono fuit: nam & excellentium Virorum consuetudine, & optimorum praeterea librorum copia auctum, ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit, ut ejus saepe Eminentissimus Archipraeful coram frequentissimo totius Cleri Senatu, quum de Moralibus periculis disceptaretur, periculum facere non dubitaverit, vim mentis acrem, & perspicacem in difficillimis quibusque explicandis, exponendisque maximore demiratus.

In his vero, quos sibi amicitia devinxerat, praecipuus fuit Gregorius Messerius, in Graecis tum literis, quam qui maxime clarus, earumque, ut Florentiae olim Calcondilas, sic Neapoli hic restitutor, & vindex. Josephus deinde Valletta, optimarum ille artium fama celeberrimus, cui quum non minus ingenii, quam selectissimorum librorum opes adfluerent, dici vix potest, quam penitus investigandae veritatis amorem in Caroli pectus infecerit, quamque illum vehementi cupiditate rerum omnium scientiam cumulatus augendi ex summis doctrinarum, atque elegantiarum Authoribus inflammaverit! Habent hoc mortalium ingenia, ut licet maxima sint, & ad omnem intelligendi amplitudinem natura ipsa efformata; multis tamen, iisque maximis adjumentis indigeant ad sapientiam comparandam. In his autem illud censent plerique omnes in primis esse, bonorum scilicet librorum copiam, qua qui literis operantur, ad summam atque perfectam rerum intelligentiam eniti queant: propterea Aegypti Reges Ptolemaeos ex eo potissimum inclaruisse, quod viros non solum omnium gentium eruditissimos magnis stipendiis conduxerint, sed eos insuper Bibliotheca, ceterarum toto Orbe instructissima, locupletaverint; quum plane intelligent ingenium decoquere cuique optimo, etsi studiorum cupidissimo, qui librorum inopia praemittitur: secus vero excellere, atque augeri quotidie magis, cui librorum vis magna praesto esse potest. Quod eo dictum volumus, non ut vanae certorum hominum ostentationi in Bibliothecis suis adornandis, ad inanem gloriam aucupandam, subscribere videamur; sed ut potius Magnorum Principum,

pum, & praesertim Romanorum Pontificum in coacervandis ex toto Orbe terrarum tum typis editis, tum vero praecipue manuscriptis Codicibus peregrinum consilium in dies magis magisque tam magno Literariae Reipublicae bono ratum sit, atque integrum. Certum quippe est, sine magno librorum adparatu, ex quibus rerum, ac sermonis thesauri expromantur, deficere omnino ingenia oportere, quum ipsa sibi minime sufficere, minimeque adsequi possint excogitando quod in aliorum vigiliis facile est invenire, inventumque novis meditationibus acuere, atque perficere. Hoc itaque studiorum subsidio Majellus ex perampla Vallettae Bibliotheca, in quam se ipse totum abdidit, abunde satis instructus, quam bono rei eventu id opis acceperit, neminem latet. Nam quum ille ad penitiora Literarum Sacra sensim pervadens, animo coepisset advertere, sibi perperam in studiis, vera solidaque doctrina vacuis, florem aetatis deperiisse, exarsit mirum in modum amore sapientiae comparandae, & praepredicatis opinionibus, quae plerumque in Scholis inveteraverunt, extemplo ejuratis, tum demum Philosophos introspicere, eosque assidue pervolutare, tum Naturalis Historiae libros, & Geometricum pulverem, ceteraque ejusmodi, ad rerum qua late patent terra caeloque intelligentiam maximopere opportuna, perquirere, meditari, conferre, & quod optimum est, lectionem, atque scriptionem alternare. Quamobrem tantam deinde eruditionem, & in scribendo eloquentiam sibi facili negotio peperit, quantam adhuc bene multi, iique sapientes & graves in judicando meminerunt.

Nihil tamen idcirco remissum a Carolo est de vitae severioris disciplina. Eadem semper castigandi corporis cura, studiumque naturae vitia, & illecebras continendi in spiritus servitute. Crebris ipse precibus orare: sese flagellis tundere: in Deiparae pervigiliis, Sabbathisque omnibus pane tantum, & aqua dies solidos tolerare: catenis ferreis compressa latera prope conficere: somnum vigiliis, & meditatione protrahere, eumque brevissimum capere, ubi necessitas cogeret. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantae sit, & quam maximae difficultatis ingenium cum Divinarum, tum humanarum rerum contemplatione exercere, & dispendia praeterea corporis pati. Quod non eo scribimus, ut vel hominem eschola Coenobitarum, vel ex eremo pristinae severitatis aemulatorem ostentare velimus. Non ea sunt hujus temporis, neque loci. Verum quia videtur plerisque, male cum hisce incommodis, quae sunt animo permolesta, convenire Musarum otia, quarum praesidium non aliunde magis, quam quiete corporis, mentisque tranquillitate paratur, non duximus praetereundum, quod ad optimi Viri laudem, roburque animi demonstrandum praecipue faceret. Equidem non esse de trivio commendationem, judico, Christiani hominis, & Sacris Ecclesiae Ritibus initiati, quod is tantopere praeter animum, etiam corpus studuerit Christi exemplis velut imaginem conformare; quamobrem & inedia & vigiliis & exquisitis ad cruciatum poenis sese expiaverit, nec cubitum unquam iverit, quin Crucem secum grandiusculam comitem habuerit individuum quietis. Qui mos, consuetudoque servata ad extremum vitae est, ejusque

que ope , ut ipse palam dictabat , multa & magna accepta Divinitus bona . Sed haec haecenus .

Interea temporis diem suum obiit Alexander VIII. & post quinque amplius in menses protracta Comitiorum dissidia , Antonius Pignattellus Archiepiscopus Neapolitanus , in quem suffragia cuncta consenserant , IV. Idus Julias ad Caelo proximam dignitatem euectus est . Talis , tantusque Pontifex , qualem , & quantum tum gravitate consilii , tum prudentia agendorum , tum in optimis quibusque ad honores & Reipublicae procuracionem eligendis perspicacitate , in paucis habent Diphthca Antistitum Romanorum , ex hoc tam edito , augustoque loco ad Majellum respexit , statimque eum ad sese Romam adiri iussit . Aeternae Urbis ea semper existit vel natura , vel ratio , ut ipsa omnium gentium , omniumque populorum perfugium & haberetur & foret , sive illa mortalibus Armorum potestate , sive Legum Sacrarum late religione imperaret . In hanc veluti terrarum arcem undequaque conflueret vel ab extremis barbarorum finibus omne hominum solet , pars ut ingenium , alii ut fortunam periclitentur : sunt enim utrisque proposita laboris praemia . Quare multorum , ad unum simul , idemque per saepe enitentium , aemulatione fit , ut non semper quibus modis intenta adsequantur , dum ea sibi parent , quidquam pensi habeant . Hinc invidia magna illa pestis Reipublicae , ex qua subinde conspirationes , insidiae , dolique mali . Quamobrem non suus usque virtuti locus tribuitur , quin etiam non pauci alia interdum , atque honestatis via ad divitias , dignitatesque grassantur . Huc profectus aditu Pontificis Majellus advenit , exceptusque est perhumaniter ; cuiusdam etenim ex familiaribus mandaverat Innocentius XII. ut eum adventantem , domum deduceret , haberetque honorifice . Ab itinere vix refectus , ad Pontificem adit : hoc quippe in mandatis erat , ut omnem ipse moram redimeret , seseque quam citius posset , Principi Optimo , ipsumque visendi percupido , veniens sisteret . Tanta erat Viri expectatio , tamque prolixa , qua Carolus Pontifex complectebatur , voluntas . Provolutum ad pedes , ea , qua semper , benevolentia adloquutus : En , inquit , ad suos se convertens ; erant enim bene multi Romanae Aulae Proceres , quorum in primis . Carolus Augustinus Fabronius , mox amplissimus Ecclesiae Cardinalis : En , inquit , pene jactatus Innocentius , hominem peregrinum , non Romae natum , nec Romano Caelo , atque adeo pura pura sapientiae aura educatum , altumque . Atqui non est artium ignarus , neque alienus a literis . Agite nunc , & juniorem licet , bonamque aetatem nondum egressum , sciscitetur qui velit , paratum de omni genere disciplinarum disserere . Indicta pugna , congregi coemptum est , & perinde uti quisque ingenio valebat , Majellum adgreditur , ut quanti ille foret , propositis implicatissimis disputationibus , experiretur . Ex hoc ergo tam illustri sapientiae certamine , ubi diu , multumque de Ecclesia , Deoque vehementer utrinque disceptatum , Majelli fama percrebuit . Nec secus illi esse poterat , qui ex tam magno theatro cum omnium quotquot aderant admiratione : quod a moribus nostris longe est alienum : discesserit , & Pontificis Optimi expectationem non modo aequaverit , sed etiam vice-

rit. Itaque eum universi juxta praehensare, gratulari, ad Caelum ferre, ac si unus quinquertio nobilis ex Olympia victor reveheretur. Hoc enim persaepe addidit, praesertim in Urbe sermonum avida, ut si quid aut factum bene, aut nigro theta inrogandum cujuspiam nomini tribuatur, repente rumor in vulgus hominum manet, sintque praecones, etsi parcius laudum, liberius rerum male gestarum, multi admodum tamen & prodiga loquacitate dicaces, ut pragmatici scilicet, quorum partes, eos, quibus student, immodice efferunt, quibus infensae, licentius obtrestant.

Tam faustis ominibus fore videbatur, ut Carolus fortunam haberet in sua potestate. Pontificis beneficentissimi non modo opinio vetus, & magna, sed etiam amor: Aulicorum judicium de ingenio, ejusque moribus aequum, & liberale: Urbis plausus, quo nihil difficilius, omniumque Ordinum favor, ejusmodi mehercle erant, ut non exigua Majello, si quidem ipse cuperet, pollicerentur. Verum id temporis in Neapolitanum Pontificatum susfectus Jacobus Cardinalis Cantelmus, ad Innocentium adcedit, obtestaturque, ut sibi Majellum permittat, neve hominem, non tam doctum, quam in Ecclesia sibi credita, quam qui maxime, expertum, ab sese abesse patiatur: id in votis habere praecipuum, ut qua ipse cura, studioque ante adeptum Romani Sacerdotii. Principatum commissi gregis. negotium gesserat, pari ratione ageretur, nihilque detrimenti caperet, quod sane Majelli opera in primis se consequuturum speraret. Ut erat desponsae sibi primum Ecclesiae Pontifex amore plenus, minimeque popularibus suis deditus, morem successori suo Cardinali pientissimo gerendum ratus, Virum sibi probatum, & maxime carum aegre dimisit, multoque aegrius ipse Majellus Cantelmi petitioni concessit, non ea certe de causa, quod Romae rem suam facere, ut plerique, animo cogitasset; sed quia & Pontificem, de se bene merentissimum, vix Urbem ingressus, deserere adigeretur, & tantam suae exiguitatis fiduciam, quantam recens inauguratus Archiepiscopus suae conceperat, sustinere minime posse crederet.

Itaque Neapolim ad gregem suum Cantelmus discessit, nulla re tam laetus, quam quod Majellum secum reduceret. Interim quae ad Cleri feliciorum institutionem magis conferrent, ubi clavum tenuit, coepit sedulo cogitare, inde oppido ratus Christianam totius populi pendere formam, morumque rationem. Quumque ille non modo bonarum artium usu, & cognitione praeflaret, sed esset maxime in Ebraicis, Graecis, Latinisque literis versatus, in eo totus fuit, ut haec disciplinarum adjumenta ad succiplenam rerum intelligentiam tum in Ecclesiastica eruditione, tum in Physicis, ceterisque naturalibus facultatibus addiscendis Clericorum suorum Seminario uberius adcederent. Propterea quae decebant, ab Episcopo vigili navoque omnia suis provisae: Typorum optimorum Libri: studiorum Duces gnari & solertes: proposita amplissima diligentioribus Sacerdotia. Etsi enim virtus per se ipsam maximopere diligi promeretur; omnis tamen tum publica tum privata res poena, & praemio, ut ille aiebat, Graecorum sapientissimus, continetur. Hoc sane consilio, cui rei dirigendae summam praecipue  
dele-

delegaret, licet animo secum constituisset, & Majello dumtaxat id operis convenire, statim ab initio incoepti prospexisset; edixit tamen, ut qui eloquentiae provinciam omnium praeclarissimam obire vellet, coram sui periculum faceret, eruditioribus scilicet, atque hominum opinione doctissimis publico experimento probandus. Bissenis & amplius vicibus acto conventu de optimo deligendo, Majellus palmam praeripuit. Quamquam enim coram nunquam venit, candidatis adscriptus; cui nimirum ad gradus, atque eruditi hominis famam adspirandi religio inerat: nihilominus remotis arbitris, privatique Archiepiscopi, aliorumque Virorum doctissimorum congressibus expensus, omnium dignissimus, qui ceteris anteponeretur, inventus est. Ea quippe praestitit castitate sermonis, qua tum etiam eminebat, & linguarum Graecae, Latinae, & Ebraicae, quam, docente nemine, calluit, singulari peritia excelluit, sic ut supra nihil posset. Lato judicio Majellus pudore suffusus magis, ut erat natura ingenuus, & prope ad verecundiam factus, quam supercilio severus, atque adeo, ut fit in ejusmodi litterarum confictibus, inolescens, latitare penitus voluisset: elationem animi, & adrogantiam, quae saepe mortalium plures transversos agit, inflatos nomine sapientiae potius, quam re, usque adeo veritus est. Sed neque potuit, fama scilicet in frequentissimam civitatem continenter vulgata, nec si potuisset Cantelmus non modo sapientum hominum fautor, sed aestimatur acerrimus, morem homini theatrum averfanti gessisset. Quare ipse quemadmodum Cantelmo obsequurus Academiam Ducis Augustobrigae, Neapolis tum pro-Regis, in qua saepius disseruit Ebraice sapientissime, frequentaverat; ita demum, ut eidem se permitteret coactus, eloquentiam docere instituit; Seminarii vero regendi curam, quae magno ibi honore semper est habita, aetatem nimis adhuc imparem excusando, constantissime repudiavit.

Dum hanc spartam ornaret ea doctrinae laude, quae vigeat adhuc, & vigeat ibi maxime ad aeternitatem, ubi firmissima fundamenta jecit verae solidaeque eloquentiae comparandae, Mathesim Carolus, & penitiora Philosophorum placita, multa suggerente frequentibus in colloquiis Luca Antonio Portio, viro ea aetate celebratissimo, & recudere diligentius institit, & meditatione perficere. Jam tum secessio coeperat, quae nostris hinc temporibus, tametsi lenius, & potentissimis populis foedissime inductis. Sic homines, quam par esset, pertinaciores, plusque satis antiquarum notionum vindices, quas olim imbiberant, invidiam recentioribus imponebant, perinde atque oculos mallent, ut est effatum, cornicibus configere, & non potius veri speciem luculentius investigare. Huic tam praejudicatae opinioni



ut Majellus occurreret: erat enim illi persuasum, magnum illud & potissimum bonum, scilicet veritatem, ad quam animus imperator rerum humanarum cupidissime adspirat, filiam temporis esse, ut ait Gellius, neque idcirco protinus totam exstare posse, sed sensim atque interpolatis observationibus sese emergere mortalibus contemplandam: Dialogos conscripsit de justa libertate Philosophandi. In iis limites, extra quos declinare sine piaculo minime possit, rectae rationi, mentisque, regnum scientiarum insolentius adpetentis, cupiditati, unde omne malum jam inde ab initio in homines, circumscripsit, tam aequo jure, ut liberum quum adsereret esse omnibus cogitare de natura rerum, deque efficacitate causarum, quae oculis obversantur; de Deo secus, ceterisque ad Deum pertinentibus, quae rationem supereminet, cogitandum invictissime disputaverit. Hinc Metaphysicorum audaciam suggillare opportunum cecidit, quos extra chorum saltare, ubi aliena a judicio rationis sibi adrogant impudenter examinanda, contendit. Quis enim expiscari queant sine ope critices, aut quibus ex fontibus criticeo derivare, quos humana ratio non attingit? Huc spectat, quam pari laude adornavit in Paireti Opus, Censura, gravis ea quidem atque elegans, sed quod in ore omnium, atque in oculis fuit, argumentorum acumine, ratiocinandi nitore, & profunda quadam ex theorematibus concludendi consequentia subtilitate mirifice instructa.

Inter haec Cantelmus vita decessit, & qui subinde Vicaria potestate regimini Ecclesiae praefuit, comperendinare diutius noluit, & sive hoc sibi constituisset agere, sive aliena foret autoritate permotus, Majellum in scholis erudiendis delitescentem, frustra aetatem, viresque causantem suas, Seminario Clericorum praefecit. Quotusquisque facile intelliget, cui bono fuerit, Majellum & moribus & disciplinis praesse. Nae si quispiam agrum, suis ante vigiliis, & laboribus florescentem, per se ipsum curet, iisque seminibus conserat, quae ipse legat, subigatque tuis glebis, & ruderibus coaequatis, in spem erigitur futuri compendii maximam; ita sane Majello contigit, qui novi adcessionis muneris perficere autoritate sua potuit quae tamdiu in votis habuerat. Quamobrem totus incubuit, ut studiorum ratio, quae per ipsum coeperat, stabiliretur, & quidquid in eam rem foret, sapientissimis institutis in posterum propagandum decerneret. Hinc Graecarum, atque Ebraicarum literarum cognitio, quibus omnis religio nititur, jacto funditus solo omnibus patuit, fuitque in primis ad Sacrorum captum, & Ecclesiasticae antiquitatis peritiam, velut initium lege lata positum. Hinc exsoluta illa Sophistarum calumnia e scholis absuit, & quod praecipue in meditatione rerum salubre, ac frugiferum nuperis erat experimentis, inventisque patefactum, putidis opinionibus subrogatum. Hinc e puris fontibus hausta morum, temporum, Romani juris, & Canonum scientia; totusque orbis disciplinarum adeo coepit excellere, ut loci fama vel ad externos dimanaverit, fueritque in honore, atque aestimatione maxima.

Ad hanc hominis indefessam in promovendis politionibus studiis industriam mirabiles adcesserunt laudes. Nam & in eo res tota Seminarii publica

blica nitebatur: ipse omnibus prospicere, singula providere, apud omnes adesse, laudare, increpare, nullis laboribus parcere: idemque & Dogmatum, & Linguarum, & Canonum, & Eloquentiae, & Civiliū legum, si quidem opus esset, suffectus, obire magisteria Professorum identidem cessatione vacantia, ut unus omnium vicibus fungeretur. Quare Majelli laudem non labor aliorum peperit, neque is per otium agens, ceteros: quod frequentius addidit: officium suum commonebat. Hoc nimirum est Dominum, non moderatorem esse. Ipse in concione, in lycaeo consultor idem, & socius ad laborem cum singulis, non solum multus, sed totus aderat, seque, sibi que creditum gregem in omnibus rebus juxta gerebat. Quod hercle mirandum puto, hominem tam diversis studiorum curis distentum, nusquam tamen aut vitae victusque communitati, aut rei Divinae, aut publicis ad Deum precibus defuisse.

Igitur ad imitandum quum foret omnibus exemplum propositum Vir maximarum virtutum commendatione, & merito clarus, quot sui similes moribus effinxerit, unumquisque facile intelligat. Enimvero magna loqui, vel scribere, quod etiam veteratores sciunt, per saepe ad sapientiam doctoribus nihil prodest. Philosophi ut simus, non verbis, sed factis opus esse, veteres dicitabant; verba quippe eloquentiam suapte natura, facta virtutem mentibus ingignere, experientia didicerant. Quod Majelli quum altius insedisset animo, illud gnaviter adlaboravit, ut neque consilio, neque opere priorem alium pateretur, omnes diligentia, doctrina, virtutibus anteveneret. Quibus rebus, etsi ipse in obscuro cupiebat esse, ne famam incurreret, tamen & quia optimi cujusque vita non caret gloria, estque illi semper lux quaedam ingenita, quae nolentibus etiam atque invitis suffunditur; & quia in omnium oculis vivit qui omnibus praeesse cogitur, coepit esse non solum in celebritate, sed in admiratione, cultuque omnium. Jam inde a puero ante Aras Deum orare prolixius consueverat: quem morem nunquam remisit, quo se cumque studia, vel curae traherent: noctis praecipue horas de genu supplex, & in faciem pronus, Augustissimum Eucharistiae Sacramentum veneraturus, agebat quotidie emotione animi tanta, ut pene seminecem, aut sine sensu lapidem credidisses. Idemque Sacris peractis in faciem caritatis incendio, quod mente conceperat, erumpente, toto ore suffusum aestum, & flammeum colorem referre videbatur. Quae singula, ubi explorantibus patuerunt: ea sunt etenim, quae diu latere minime possunt: venerationem illi, ut habet quidquid excellit, pepererunt maximam.

Defuncto Cantelmo Archiepiscopo Franciscus Pignattellus sufficitur. Hic priusquam Neapolim adcederet, quum adhuc Romae detineretur, Majelli, nomine tantum, & sermonibus sibi notum, Metropolitanæ Ecclesiae Canonicum renunciavit. Id sibi sane pollicitum, quod decessores, Virum talem magno futurum subsidio rei bene gerendae, tantumque Sacerdotium, quantum Neapoli praeminet, sapienter administrandi ipsius prudentia, & probitate consilii. Verumtamen brevi spes omnes interciderunt. Nam licet tentatus primum Suesfanorum Episcopatu Majellus, oblatam dignitatem

constantissime abnuerit , quum supra se ipse omnia , infra vero nihil penitus cerneret , imperio tandem Pontificis arcessitus in Urbem , parere cogitur , Romamque iterum petere .

Petri Sedem per id aetatis impleverat magnum in Pontificum Romanorum Fastis , veteris majestatis & gloriae nomen , Clemens Albanus . Quae fuerint ineunte hoc seculo calamitates , dissidia , bella , quibus Europa tota concussa est , sciunt qui procellam illius temporis meminerunt . Exstincta Regum clarissimorum profapia , Regna Regnis infensa usque eo exercuerunt odia , ut gentium ubique & locorum magnis copiis , & classibus comparatis , terra , marique pugnatum sit acerbissime . Ad haec Religionis negotium a nova semper molientibus impetum . Aucta inter Germanos Haereticorum potentia , alterius ex eorum numero Septemvirorum Collegio adfectione facta . Bajana apud Gallos insania novis lenociniis , & coloribus propinata . Sinensium superstitiones in dies debacchatae , studio partium pertinacius deducto , scissoque . Haec erat facies illorum temporum foeda . Atqui magni Leonis , cujus in clientelam fidem dederat sese , invictum animi robur , & fortitudinem aemulatus ita Clemens gessit Ecclesiam , ut in eo foret magna non Religionis modo , sed Literarum cura . Undequaque petitis linguarum exoticarum manuscriptis exemplis : qua in re Eliae primum Antiochenaee Ecclesiae Archipresbyteri , tum Josephi Simonii Assemani , Avunculorum meorum , intelligentia , atque opera usus est plurimum : Vaticanam Bibliothecam auxit , ornavit , locupletavit ; atque illuc maxime incubuit , ut Viris munera , non Viros muneribus destinaret , artiumque professores graves , & omnium praestantissimos coleret , foveret patrociniis , honoribus decoraret . Quae ideo a me , siquidem opportunitas incidit , memorantur , non solum ut tam magno Pontifici de bonis omnibus , quam qui maxime , merito , debita laudis rependatur gratia , sed ut etiam , quo ingenio foret , quae in Literis , & Literatis hominibus perquirendis alacritate , & judicio , nemo unus nesciat ; ex hoc enim Majello magna laudis adfectio , quod eum talis Pontifex dignum se , suaque benevolentia & consuetudine judicaret , praesertim in tanta Eruditorum frequentia , quanta illo tum aevo Principem summopere liberalem stipabat non laudatorem modo , sed vindicem , & retributorem munificentissimum recte factorem .

Antequam vero Majellus Natale solum verteret , Romamque , quo advocabatur , discederet , illud praecipuum dedit virtutis specimen , quo magis palam demissio animi fieret , qua se suaque omnia despiciatui ducere inprimis habuit . Erant illi permulta diuturnis meditationibus elaborata ingenii opera eximia , quae si modo exstarent , Virum undequaque perfectum mehercle nostra haec anteaetis aetatibus non invideret . Haec itaque in fascem congesta cremavit universa : illud animo intendens , ut nec vola quidem , aut vestigium superesset nominis sui . Quod nisi conscripta a pluribus , dum ea publice traderentur , in auditorum animis , & manibus confidissent , de Divinitate , de Legum , de Canonum jure , de Prosa , Vorsoque Oratone instituta ab eo sapientissime penitus interiissent . Hoc fato misero , fune-

loque

stoque pleraque omnia consumta sunt. Quamobrem & de Poireto Censuram, & Dialogos de justa libertate philosophandi, & Lectiones Ignatianas desideramus. Cujus postremi Operis jactura Nicolao Capasso, Viro, ut erat acri judicio, minime facili, minimeque blando, lacrymas civit, quod ejusmodi esse diceret, ut nimirum omnium veterum eruditionem de re Ecclesiae publica doctrina, & disserendi elegantia provocaret. Verumtamen non haec ratio tota Majelli Operum paucitatis. Illud addedit potissimum, quod ipse multa vel omnino fustulit, ne legerentur, vel mutilata vulgavit, ut minimi fierent, nominis sui videlicet celebritatem, si ut erant numeris omnibus absoluta, edidisset, inde veritus magis suborituram. Haec ratio in causa, quare Christianum Apologeticum ad perpendiculum jam exactum, & limatius quam cetera elaboratum, ornamentis spoliavit, solis ad causam necessariis relictis. Composuerat etiam ea de re Dialogos omni eruditione, atque elegantia plenissimos, quos quum maxime probari animadverteret, ne forte cogeretur in lucem edere, laudem subveritus, flammis absumsit, pluribusque aliis aeternam oblivionem, atque obscuritatem asperfit; ut scilicet eruditi hominis opinionem declinaret. Quod quum videret sapientum reprehensionem incurrere: erant enim qui hoc eum nomine, suo quasi jure carperent, praesertim ex iis, quorum necessitudine, & amicitia utebatur; conquerentibus nimirum comiter, male ipsum de tota re Literaria mereri, quam novis usque subsidiis suoque ingenio, Deo largitore, comparatis fraudaret, hoc responsum dabat: Superfluere immensis librorum opibus Bibliothecas: eas si quis adiret, fore ut sapientissimus evaderet, si quidem vellet. Praeterea certum habere sese, fixumque animo, difficillimum esse, ut qui cogitata mentis evulgat, adrogantiam ab se, atque inditam naturam gloriae cupiditatem rejiciat. Quam ob causam oblata religione sic statuenti, quid mirum, si pauca mox superfluerint ex prope innumeris, quae fuso calamo identidem exaraverat? Sintque dumtaxat prae manibus vel ab incendio reliqui, vel in suis Operibus suppressendis sagacitati subtrahenti libri non bene multi; atque in his Apologeticus, de quo supra diximus, & alter de Neapolitani Regni erga Petri Cathedram Religione, ab Anonymi calumniis vindicata: qui liber occasio fuit offensionis cuncta indignantibus, quae Sacerdotum Imperio praeferunt. De vita insuper Michaelis Mercati, Metallothecae praefixa: de Conjuracione Neapoli conflata, atque extincta anno 1701. variis deinde exterarum linguarum literis tradita, ob excellentiam dictionis, & rerum. Ea deinde Cardinalis Cantelmi Synodus Provincialis, quae tantopere & Canonum gravitate, & nitore styli in omnium ore versatur. Par denique Orationum pulcherrimarum: altera, quum justa perfolverentur coram Pontifice Thomae Cardinali de Tournon, ipsius egregia merita, & fortiter pro fide gesta, fide non tamen temporum, ut ait Salvianus, sed Evangeliorum, offerens laude summa: altera vero de Liberalibus artibus, in Aede Capitolina Etrusco lepore, & munditia nitidissime comta, ut nihil magis. Haec perpauca in luce esse, atque in oculis Literatorum versari per eum licuit. Inedita vero & gravitate argumentorum, & numero longe uberiora. His

adcentsemus in Positivam, & Scholasticam Theologiam Dissertationes plures: de Episcoporum Catalogorum autoritate Tractatum: Orthocritism in Acta Martyrum, eorumque confutationem, qui plus aequo in suspitionem Acta Martyrum ex levibus conjecturis vocant: De eorundem Martyrum Memoria, Cultu, Reliquiis, festis celebritatibus, & Canonizationibus: de Coemeteriis: de variis Martyriorum generibus: de Ritu, statuque orandi ante Martyrium. Praeterea librum omnimoda eruditione refertissimum, cui titulus: Martyres Christianae doctrinae vindices: in quo id sibi statuit, ut quemadmodum ex autoritate Historiarum, Conciliorum, & Patrum plerique omnes Theologi ab insipientium erroribus Catholicam veritatem cavent; solis ipse Martyrum Actis genuinis, atque sinceris eandem veritatem invincibiliter adferat. Ad haec de Moribus, & Ritibus Ecclesiasticis Expositionem eximiam: Dodwellii multa peccantis, quum Cyprianicas Dissertationes agit, Reprehensionem gravem: de Origenismo: de Haeresibus, earumque fontibus Disquisitionem: de Communione; qua data opportunitate, gentium superstitionem, Ritusque Ecclesiae, & Diphthya in medio ponit. In *ἄλλα βιβλία* Commentarium eruditissimum, in quo de precibus Graecorum, Chaldaeorumque pro Parvulis immaturis, deque veterum Sanctorum Patrum circa hocce caput iudicio disertissime agit, atque ex ipsa Graecorum verborum vi, & significatione, quid sibi velint *ἄλλα βιβλία*, luculenter demonstrat. In primam Tabulam Menologii jussu Basilii Porphyrogeniti Imperatoris editi, quemadmodum & in alteram ejusdem de Stylitis, quorum Ordinem, & Institutum in Oriente coeptum, in Occidentem mox propagatum adfirmat, Dissertationem doctrina plenam: de Eusebiana Actorum veterum Martyrum Collectione, quam eo in sensu, quo vulgo praedicatur, ad fabulas rejicit, monetque, Eusebium somniasse nunquam de antiquis Martyribus scribere, aut eorum Martyriorum Historiam componere; sed in eo dumtaxat operam posuisse, ut Acta, & Monumenta, quibus essent ab aliis consignata veterum Martyria, colligeret, eorumque collectionem emitteret. Mendacii originem, & progressum demonstrat; atque ita demum certissime statuendum censet, quod quidem in Actis antiquorum Martyrum colligendis re ipsa praestitit Eusebius, nunquam funditus interiisse; quod vero intercidisse dolent plerique omnes, nunquam fuisse ab Eusebio praestitum. De Epocha Martyrii Sanctae Theodotae; aliaque plura. Nos haec tria postrema, quod possumus, ex dispersis, dissipatisque fragmentis, quae nobis suppeditavit cl. Vir Dominicus Majellus, Caroli nostri ex Fratris filius, coalita, proferemus. Utinam edendorum omnium, quae recensuimus, eadem, ut votum est, ita etiam facultas esset. Gestiret animus gaudio, si hoc tantum bonum nostris curis, atque vigiliis Literarum Reipublicae adferre possemus; est enim laudis cuique satis, qui laudati Viri nomen, & studia ad posteros propagare contendit, quo cum literis queant Divinitus accepta sapientiae dona vivere ad aeternitatem.

Illud autem satis mirari non possum, quod haec tam multa, tamque diversa, gravissimis rerum moliminibus circumventus, praesertim quum

Romae ageret, ubi pleraque adortus est, subsecivis tamen horis potuerit tam lucullenter perficere; Idemque, provec̄ta jam aetate, ceteris ornamentis amplissimae eruditionis; Samaritani quoque, & Chaldaici, & Syriaci sermonis, Josepho Simonio Assemano, meo Avunculo, instituyente, peritiam adjecerit, Arabicum insuper adgressurus, si quidem hiatu gutturis voces aptius proferre potuisset. Verum ad Ebraicae linguae captum quod adinet, ea fuit Hominis fama, ut Rabbiorum Schola, superba illa quidem, & pertinax, nostrisque admodum Mysteriorum sanctitatibus, & Bibliorum interpretationibus juxta atque pugnacissime infensa, Majellum saepe, si quibus verborum ambagibus fluctuabat, veluti oraculum nativae, & germanissimae Librorum Divinorum intelligentiae consuleret. Virum talem Pontifex, eruditorum hominum aequissimus aestimator, amore suo dignum censuit, quia in paucis summum; amorem quippe suum Clemens non proclivitate animi, aut studio, sed virtute, & meritis metiebatur.

Itaque per honoris gradus, ut illi mos erat, ne quis unquam temere ad dignitates praeperere videretur, Ecclesiae primum, atque Aulae tyrocinio parumper exercitum, probatumque, Majellum ad majora provexit. In Principis Apostolorum Basilica insigni Canonico ordinis non rogantem adscripsit: quod est in Urbe Sacrorum magistra munus amplissimum. Mox illi taliter aucto, ornatoque Vaticanæ Bibliothecae Praefecturam, hoc est, universae, qua late mortalibus patere potest, sapientiae thesaurum toto orbe locupletissimum credidit, eo consilio, ut quam eruditioribus Romana Ecclesia provinciam committere consueverat, non modo qui forent ceteris facultatibus, quae homo sapiens, & sciens efficitur, sed etiam linguarum exoticarum peritia, quam qui maxime, instructi, eruditissimo omnium traderet. In hac enim Bibliothecarum maxima, & praeclarissima, ex veteri lege, institutoque Pontificum, non solum Latine docti, sed gnari praesertim scriptionum, quibus Orientis Ecclesia pro Ritibus, Caeremoniisque Sacrorum utitur, stipendia merent; Virum propterea ejusmodi sibi quaerit, omni-gena eruditione clarissimum, qua his omnibus advigilando par esse possit, ut Majellum scilicet.

In hoc novo curriculo quantum Carolus praestiterit, facile est advertere ex rebus illius gestis. Hominem in studiis omnibus enutritum, omni genere disciplinaram, & rerum auctam, usuque madidum, libris, & diuturnis vigiliis a teneris solitum impalescere, illum si ponas, ubi opes sciantur librorum immensae, & congesta omnium rerum, & gentium exempla suppetunt, ingenio praesertim facili, & consuetudine animum impellente, quid fuisse tandem facturum rere? Recruduit tunc temporis querela ea vetus, & permolesta, quam saepe clamore partium magno seculi Potestates instituerunt, Siciliae nempe Regnum Ecclesiae dominio summo subtrahere connitentes. Majello mandatum est, de jure Ecclesiae scribere. Scriptum deinde judicium grave, & sapientissimum, in Arcem Aeliam ad posteros commonendos, memoriae aeternae consignatum. Exulceratum in Gallia Janfenii vulnus referbuit, Quaeffnellii tabe diffusa. Majellus quod ex oraculo Petri Sedes

edixerat, ad coercendam insaniam, momentis doctissimis propugnavit. De Jure gentium praeterea Opusculum exegeticum, quo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ubique locorum degentes, Romani Pontificis sub potestatem esse, luculenter demonstrat, jussus elucubravat. Idemque Sinicas cavillationes, veritate rerum detecta, mirabiliter patefecit. Et sexcenta ejusmodi elucubrata vigiliis prope immensis, quae non est otium referre, licet digna memoria temporum sempiterna. Equidem sentio, tantam hominis eruditionem magni illius Pontificis opinionem certe promeruisse; at vitae ipsius modestiam, & continentem cupiditatum moderationem eum insuper Principi Optimo effecisse in primis carum, acceptumque, ob talium Virorum paucitatem. Licet enim in unaquaque re videndum sit, quatenus, minimeque deceat insolenti vel gloriae, vel dignitatum, vel opum libidine animum rapi; difficile est tamen sibi temperare, ubi, quae oculis obversantur, universa honoris, & famae aucupandae studium inspirant, ut Romae scilicet, magnis propositis laborum praemiis, ad virtutem acuendum. Hinc ambitio mortalium animos agit: quod tamen vitium propius virtuti est. Nam, ut ait Crispus, gloriam, honorem, imperium, bonus, ignavus aequae sibi exoptant; sed ille vera via nititur, hic, quia bonae artes desunt, dolis, atque fallaciis contendit. Contra Majellus tantam sibi statuit tum universae vitae, tum singularum actionum aequabilitatem: in quo decorum, atque honestum est positum: ut Pontifici ipsi, Viri merita compensare cupienti, eumque ideo, ut abs se peteret, peramanter hortanti, quid mallet, satis haberet, gratum animum profiteri, proinde quasi nihil cupere, aut nihil velle id demum foret moderatione uti. Quamobrem ut Aulae miraculum, ob exempli raritatem, Majellum Pontifex ostentabat: quae res illi perhumiliter de se, suisque omnibus cogitanti, ita animum torquebat acriter, ut cuidam sui amicissimo, viro summo & Christianae Ethices peritissimo, non semel cum lacrymis adfirmaverit, se, qui genere morum omni, & poenarum sensu probasset, ad meliora charisimata, ut monet Apostolus, aemulanda; amorem tamen sui eatenus extirpare, atque excutere non valuisse, quoad imparem de tenuitate rerum suarum conceptam Pontificis aestimationem minueret: id quod facili negotio quivisset adsequi, modo in animum inducere potuisset, sibi fas esse Pontifici sciscitanti, vel oscitanter, vel temere respondere. Verumtamen observantia summa, qua Vicariam Dei potestatem colebat, & veritatis amor ingenitus suadebant aliter: usque eo Viri virtus solertia evaserat, ut ea nimium multa, vel certe plus aequo sagax, & cauta videri posset. In hoc itaque bivio positum, quem scilicet hinc religio inceserat, ne quid dicenti excideret, quod intime non probaret, inde vero ne pluris fieret, quam ipse faceret sese, angebat animi perturbatio tanta, ut rursus de secessione a curis, atque honoribus cogitaverit. Sed iterum alia commonstrata Divinitus via. Quod autem potuit, illud magis magisque institit, ut nimirum procul a conspectu hominum, & consuetudine ageret, sibi que vacans dumtaxat, recessum, & solitudinem quaereret. Quae vitae ratio tamen nullatenus obstitit, quominus ille penitus delitesceret; quin imo.

imo, ut accidit, desiderium, quod privatione rerum acuitur, ejus augebatur magis, si quando e latebris evocatus, sententiam suam rogaretur; semper enim novum aliquid doctrinae specimen expromebat, quod antea non exsisterat. Id contigit, quum de re quapiam ex multis & magnis, quae ad hanc Apostolatus amplitudinem pertinent, ageretur, consilio hominum, Juris in primis peritissimorum, coacto, in quo repente Legum scientia uberi, solidaque instructus adparuit, non ea quidem callida, & veteratoria, quae saepe quod positum est in una cognitione id, quo plura, & difficiliora adferre videatur, in infinita distribuit; sed ea, quae prudentia juris est, quaeque Legum naturam, & Consuetudinis indolem, qua privati utuntur in Civitate, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum tenet: in quo justitiae fundamentum statuitur, ut pro dignitate cuique tribuatur. Id ei laudem peperit summam, quem in studiis Forensibus peregrinum, atque hospitem reputaverat vulgus eorum hominum, quorum thesaurus totus in lingua situs est.

Non deerant, ut semper, tum quoque inter Aulicos, & Principes Viros, qui de Majelli virtute suspiciose judicarent; sive id habeat virtus periculi, ut non raro ostentetur specie, & colore tenuis; intus autem sit vacua: quod certe contingit saepe: sive difficile reapse censeant mortalium plures quod ab eorum moribus alienum est, sive commune vitium invidia subeat animum intuentium praestantem magnitudinem & excellentiam hominum praeclarorum. Itaque opportunum tempus convicio quidam ex Primoribus circumspiciens, coram magna totius Aulae frequentia Majellum impetit, verbisque acerbissimis rogat, numquid ipse vellet magisterium sibi sumere Latine scribendi, sic ut pene solus excellere videretur, qui tam diversus a ceteris & dictione, & apicibus scriberet? Simulque certa indicavit, ut sesqui-barbara, quae Latinitatem purissimam redolebant. Continuisset nemo sese, praesertim in bona causa, ad stuporem rhetoris, seu potius pecudis, inauditum. Majellus hilari vultu, compositoque ad humanitatem, stultitiam hominis tacitus devoravit, illudque addidit liberaliter, se, licet veterum in scribendo rationi morem gereret, paratum tamen nihilominus esse scripturae menda una litura corrigere. Quod & continenter fecit, totumque opus verbis longe immutatis retexit, demirantibus etiam modestissimi Viri continentem animum, qui de illo tam impudenter, ac temere experiri voluerunt. Qua eadem moderatione uti necesse habuit saepius in aliorum scriptis censoria virgula castigandis. Unum proferam Johannem Antonium Lancisium, cujus quidem in re Medica laudes non sunt exiguae. Hic Majelli tempus obsidebat frequens, ut sua politius limaret, quae quum sermonis impuritate, & barbaria non semel infuscarentur, dolanda potius, quam limanda Viro emunctae naris videbantur. At ille, ut erat suavitate mirabili, & pudori parcere, & Authoris errata corrigere peramicè, & patientissime satagebat, tanta lenitate animi, ut non docendi praeceptorem, sed discendi discipulum ageret. Erat enim non modo naturae habitu facilis, sed minime omnium cupidus laudis, cui velificari sapientes, & probi & honesti homi-



homines putarunt semper vacare culpae, vel suspicione levissima. Quod fuit in causa, quare perhonorificum Regiorum Adolescentium Hispaniae Principum magisterium respuerit; spemque omnem inde opum maximarum, & dignitatis in Ecclesiae praecipuis eminentissimae sic sibi praecedere, quam honoribus florere bonisque mallet. Rem omnium praeclarissimam opus est heic paullo altius repetere. Historiam de Conjuracione, quae Neapoli anno 1701. conflata est, scripserant iussi duo eruditissimi Viri, quam iustus pariter Majellus examinare, minime probavit, utpote quae maculam illustribus quibusdam Familiis inspergeret, quas propter unius culpam perstringebat omnes; quod gloriae, aequitatisque Philippi V. Regis fore invidiosum videbatur. Judicium hoc Dux Populensium Cantelmus, & Princeps Cellamarris, emunctae naris Viri, qui scribendae historiae authores fuerant, sequuti, Majello ipsi scribendi onus imposuerunt. Quod praestitit eo successu, ut nedum egregium opus Principes maxime laudarent, sed & Rex Philippus admiraretur. Hinc factum est, ut quum de Authore quaesivisset, didicissetque, in eo parem esse doctrinae probitatem, & sapientiam, stauerit, ipsum ad Ludovici Principis Asturiarum, mox Hispaniarum Regem, aliorumque Regiorum Infantium educationem advocare, propositis amplissimis praemiis. At Vir magnus, aequae contemtor divitiarum atque honorum, Francisco Card. de Aquaviva, Hispaniarum ad S. Sedem Legato, Viro spectatissimo, rerum gerendarum peritia, consiliique dexteritate praecipuo, aliiisque qui nomine non solum Philippi V. sed & Avi sui Ludovici Magni Galliarum Regis honorificentissimam ei provinciam proponebant, constanter respondit: Indignum se esse tanto munere subeundo. Qui vero iussi fuerant, quid animi Clementis XI. super hoc foret, explorare, norant, sapientissimum Pontificem nunquam permissurum, ut tantus a se Vir discederet. Quae quum Philippo renunciata essent, atque alii ejus loco Viri excellentes proponerentur, nullum horum, quandoquidem Majellum non obtinuisset, admissurum se, dixit Rex, nec quidem admisit.

Propterea mirum non est, si in Clementis XI. locum Innocentio XIII. subrogato aequae carus Majellus fuit. Spectata prudentia cum fide, & magnarum rerum exercitatio diuturna ejusmodi erant, ut eum Pontifici Summo, aviti generis majestate, & Romanorum Antistitem tot domesticis imaginibus ad Ecclesiae Principatum, si per leges liceret, jure sanguinis prope nato, maximopere commendarent. His accedit, quod Carolum nostrum Dominicus Ribera, ab Arcanis tum Notis, & Sacri Cardinalium Collegii a Secretis, nunc amplissimus S. R. E. Cardinalis, faciebat plurimi; hoc est, Vir magnus & gravitate consilii & prudentia agendorum Majellum Pontifici suo iudicio probavit. Satis istuc fuit Innocentio, cur minime dubitaret, laudatum probatumque a laudato probatoque viro hominem, integritate & doctrina jam omnibus notum, in oculis, & in amoribus ferre. Itaque illi & sese, & graviora Christianae Reipublicae negocia credere: eum de rebus implicatissimis tanta humanitate, & fiducia consulere, ut sciscitans aliquando, quid de re quapiam gravissima judicaret: Age, dixerit, fare perinde ac

tibi

tibi gerenda res foret, non consulenda, eademque ratione utere, qua si tertarum arbitrium, ut nobis est, sic tibi delatum foret, utereris. Quae hisce verbis insit laudis, & amoris praerogativa, proclive est iis dumtaxat capere, qui illius Pontificis severitatem, minime popularem, & praefertim familiariter conloquendi parcissimam, meminerunt. Hinc fiebat, quod quum saepe haberentur de rebus difficillimis consultationes, adforet Majellus semper, deque ejus sententia agerentur multa, quod Pontifex tum aliorum consilio acquiesceret, quum Carolus remotis arbitris ea agi posse ex consulto adfirmaret. Comaclensis ditionis quaestio, quam ab Atestino Regulo stare avitis juribus, quidam Caesari persuaerant, magnis & molestissimis curis Sacerdotium tum detinebat, veritum, ne legitima a remotissimis seculis possessione Ecclesia deiceretur. Coeptum sub Clemente dissidium, sub Innocentio promotum, compositumque est. Verum hoc praematura morte correpto, ad Benedicti Tertii decimi tempora protracta concordia, tum demum patuit. In hac gravi contentione, utrinque obnitentibus partibus, hinc videlicet autoritate summa, potentia inde in terris longe omnium maxima, Majelli solertia, & consilium pro bona causa plurimum valuit; eamque ipsius ferme ductu, manuque confectam credere si quispiam velit, per me licet. Neque enim id ego dico, ut invidiosum sit in eos, quorum studio & labore res tanta feliciter cessit; norunt quippe omnes, tam difficili controversiae subsidio venisse ex Romanae Aulae, Forique sapientioribus viris non paucos, ut ne quid detrimenti vel fama Pontificis, vel Ecclesiae caperet; tamen quia latet neminem, Majellum cum primis dedisse operam, ut Apostolicae Sedis jura Innocentio constarent, eaque ut Caesari perspicua fierent, datis more suo ponderosis & luculentissimis literis, explicasse, non injuria quis potuit credere, Majellum, ad cuius fidem, & sapientiam se totum Pontifex deferebat, nisi primas in facti hujus gloria, saltem praecipuas obtinuisse. Illud autem non est ambiguum, quia in omnium oculis fuit, quod Innocentius, cui natura incredibilem tribuerat gravitatem, animique constantiam, cuique majestas Sacerdotalis, dictis & actionibus pondus adferendo, conciliabat autoritatem, & venerationem, praescis olim Ecclesiae Patribus & Pastoribus parem. Majello, quem privatim peramanter excipiebat, tam comiter indulserit, ut publice etiam tota spectante Aula, & benevolentiae & honoris plenissimas significationes daret. In quo tantum abfuit, ut sibi Vir magnus de voluntate, sui que studiosissimi Principis gratia plauderet, ut, ne oculis aliquando Pontificiae benignitatis incideret, consulto latebras quaerens, in turbam sese confertissimam Aulicorum abderet, praeter morem, & consuetudinem talium hominum, quibus instar est magni boni, si quod dictum lene, aut festivum, risumve ejus, qui imperio fungitur, venari queant.

Plura, & magna, si diutius vixisset, pollicitum Innocentium mors invidit Ecclesiae felicitati. Successit Benedictus XIII. probus, & antiqui moris Pontifex. Is actum Majello detulit, id est, sui quamvisillimo, a Brevibus Epistolis conscribendis, quae ad Reges, & Principes dari solent, officium,

ficium, adjecitque Emiffeni Archiepifcopatus, honorifico Sacerdotio conlato, ampliffimam dignitatem. Equidem fic ftatuo, nullum eſſe munus tam grave, tamque praecipuum, quam ad Reges, & Principes Viros Romani Pontificis nomine ſenſa animi ſcribere. Summa etenim Deo, quam hominibus propior, Vicaria Chriſti poteſtas ea eſt, ut niſi ex oraculo loqui non debeat, aut deerrantes a moribus moneat, aut conſulat alieno periculo, aut benefactum merentibus gratuletur, authoritas ad monitionem, ratio ad conſilium, ad gratulationem gravitas adhibenda. Quae ſingula, ut aequaliter temperentur, non eſt ingenii fatiſ, aut mentis mortalium cuilibet: Virum quaerunt, non hominem tantum, Virumque talem, qui utriuſque Poteſtatis Humanae, Divinaeque jura, amplitudinem, majeſtatem penitus internoſcat, ſciatque tandem ſuis limitibus definire; tum demum ſummae Poteſtatis interpretem aget, quem fecerint ejuſmodi laudes tam gravi muneri ſuſtinendo parem. Dum haec ſcribo, Majelli imaginem mihi videor meis ipſe oculis intueri: ita in eo haec animi decora univerſa ſimul collecta pene ad miraculum exſtiterunt. Quare ſi quis Volumina Epiftolarum velit magna, & multa verſare, quae in tanta negotiorum mole, quantam eo temporis Eccleſiae res obtulit, Majellus elaboravit, illinc proſecto poterit abſolutiſſimum ad imitandum exemplum petere, facileque percipiet, quo tandem ſcribendi genere oporteat, deceatque Pontificem uti pro dignitate. Haec fuit Hominiſ fama apud omnes, qui literas proſitebantur. Heic autem non eſt praetereundum, quod quum ſua pietate effeciſſet Pontifex, ut Ludovicus Antonius Cardinalis Noalius Archiepiſcopus Pariſiorum ab opinione diſcederet, quae bonorum omnium, & praefertim Romanae Sedis offenſionem incurrerat, Majellus ſtudio, labore, vigiliis Pontifici Optimo nunquam defuit, donec Vir, ceteroquin moratus, bonique ſenſus, humano errore depulſo, cum Capite Eccleſiae, ceteriſque Paſtoribus ſanae mentis rediret in gratiam, diemque ſuum obiret, Sacriſ, ita dicam, Diphycorum nomini- bus adcenſendus.

Hoc ſtudio tanto, & laboris impendio, quo Eccleſiae juribus, & Religionis integritati aſſeſſe totus pro viribus contendebat, ſic Majellus inclaruit, ut illud honoris gratia diceret quidam ex Principibus Viriſ, Carolum, praeter Dei gloriam, animarum ſalutem, Sedique Apoſtolicae dignitatem, nil aliud velle poſſe, vel ſcire: idcirco & Martyrem praedicabat, quod haec ſingula invicta conſtantia non ſolum ſemper inſtiterit, verum, quod falſo plurimi omnium anteaferunt, malo ſuo, fortunarumque ſuarum jaſtura & damno. Sed haec palam ſunt, quia fortiter in conſpectu omnium geſta, quum perſonam Carolus in obeundis Eccleſiae partibus publicam ſuſtineret. Nunc privati mores qui fuerint interea loci neceſſe eſt dicere.

Dum haec itaque ageret, quae totum hominem requirebant, Majellus curarum onere maximarum preſſus, ſic ſe ceteriſ religioniſ & pietatiſ officiis praeftebat, juxta ac ſi vacuus ab omni moleſtia, & labore foret. Vaticano in primis Seminario, jam tum a Clementiſ Undecimi tempore ejuſ vigi-

vigilantiae, & custodiae tradito, quo magis optimis disciplinis, & virtutum exemplis augetur, tam sedulam navabat operam, ut illud esse dumtaxat curarum suarum non modo maxima, sed unica videretur. Totus erat in eo, ut studia aut politius perficerentur, aut novis semper notionum, linguarum, rerumque opibus locupletarentur, totus, ut adolescentibus Clericorum ingenii puritas eruditionis cum pietate inolefceret, pietatis amor sine ambitu, sine fuco, sine pigmentis ingereretur, essetque in omnibus sive sermonibus, sive factis veritatis color ingenuus, & simplex animi fides. Cogitaverat de toto orbe disciplinarum summa capita delibare: quod etiam exorsus, intercidere negociorum mole, & multitudine invitatus coactus est. Id enim jure sentiebat posse studiosis literarum conferre plurimum, si paucis compendium ad rerum intelligentiam aperuisset. Idem jam proventus aetate, & munerum honorificis in Aula titulis cum primis nobilis, nil detractum suae dignitati putabat, si sese demitteret ad Clericos erudiendos, Magistris vacantibus, aut imbecillis incommoda valetudine. Sed nec pepercit sumptibus, ubi aut Ecclesiae ratio, aut periculum postulabat. Illud equidem non praeteribo, quamquam nonnullis leve visum iri putem, quod, quia, inopia interdum premente, Juvenes initiati a bonis artibus arcebantur, ingenio, & moribus Christianae rei fatis admodum profuturi, si quidem bonis coemittis Authoribus dedissent operam, ipse omnibus quae necessaria erant, liberaliter providebat. Seminario interim pecuniae summam multo majorem, quam fortasse ex proventibus poterat, pependit largiter, commodis Alumnorum amplificandis, augendoque docentium numero, & reditu. Quumque aedes angustae confluentium multitudinem minime caperent, aedificium per amplum & decens extulit, Benedicti XIII. beneficentia a sedibus excitatum: quod elegantia nulli in Urbe pro recipiendis adolescentibus domicilio secundum est, studiorum vero fama cum paucis celebrandum: Quinque & amplius aureorum millia Presbyteris, quos Operarios Pios dicunt, pro construenda Divo Josepho Aede sacra trans Tyberim elargitus, sibi signum poni aut titulum, vetuit, ad memoriam posteritatis. In quo tamen nescio, an bene communiter audiant, qui modestissimi Viri monitis tam sancte & religiose paruerunt. Si Virgo nubilis desponderi propter paupertatem non poterat, dote cassam, & inlocabilem juvabat aere suo liberaliter, quo convenientibus nuptiis consuleret honestati; unoque die centena plura miserorum calamitatibus sublevandis distribuit: ut posset merito dici, omnia ei cum pauperibus fuisse communia.

Quum eo foret loco honoris, & fidei Carolus, quem quisque noverat, & latera, atque aures Pontificis officii causa obsideret, conjectare cuique facile est, quantum homines, qui quemcumque possunt, largiundo parant, eum promereri satagerent; ex hoc enim genere non desunt multi, praesertim in summis & magnis imperio ac ditione Principatibus. Majellus, qui nunquam vero pretium, aut gratiam antetulit, tanta fuit continentia, ut nec levidense munus a quopiam, nec oblatum a Principibus Viris, ipsisque Regibus donum, quo benefactum remetiri quandoque solent, acceperit

gemmarum locupletissimum; cui nempe bonum, & aequum divitiis carius, fidesque opibus melior, illud memorandum solitus dicere commonentibus, ut sibi aliquid pro inopinis casibus reservaret: Sacerdotibus crimen esse, Episcopis vero prope haeresim imputandam congerendae pecuniae cupiditatem. Tanta porro abstinentia in eo praesertim eminebat, quod Fratris sui filio, Dominico, Viro ceteroquin eximio, quem Neapoli aditum, suorum laborum studiorumque comitem individuum delegerat, Ecclesiae bona, quorum conferendorum arbitrium aliquod penes ipsum erat, numquam induxit animum, ut adscriberet; sanguinis quippe foedere, & cognatione transversum agi se verebatur. Et si abdicata aliquot Sacerdotia illi demum indulset, non alia ratione id potuit, quam coactus imperio religiosissimi Viri Thomae Sergii, cujus ipse monitis, & consiliis se totum permiserat, qui & vadari etiam debuit, seseque Deo responsurum de facti conscientia promittere. Quid plura? Neque ad pedes Pontificum officii gratia laudatum Fratris filium adduxit unquam, ne illi spes aliqua lenocinando fucum faceret Aulicarum artium improvido: unumque rogans obtinuit, ut eodem, quo ipse, obstringeretur arcano, cui nempe foret conjectura facilis ex libris, quos videret prae manibus, expiscandi negotiorum naturam & conditionem, quae ipsi a Pontifice credebantur. Erant illi praeterea germani Fratres in Dominicana familia duo, morum gravitate, & doctrina praecipui; nunquam tamen suaderi passus est, ut Magistrum universi Ordinis Generalem, sui certe amantissimum, ad Fratrum commoda, gradusque sollicitandos, officii gratia conveniret, illud serio dictitans: Sese nimirum germanos suos B. Dominico inrevocabili dedisse dono: esse eos in potestate suorum Praefulum omnimoda, cui vim inferre etiam precibus non liceret: sese unum posse, ac debere penitus, Deum scilicet enixa obsecratione rogare, ut ne illis operam suam, gratiamque subduceret, qua in suscepto religiosae vitae proposito permanerent, & Christianae perfectionis curriculum firmiter, alacriterque perficerent. Eatenus erga suos favor, & beneficentia. Dicto autem eorum, quos ad pietatis semitam insistendam duces elegerat, nemo illo obsequentior. At enim praescriptum studendi tempus, quod valetudinis gratia ultra sex horas protrahere aetate jam declinante iustus minime poterat, aegre quidem tulit; sed tamen paruit. Quumque otiosi, & vacare foret illi quammaxime permolestum, vel anagnostem adhibebat, ut Eruditorum lectitatione pasceretur, vel in Mathematicis experimentis distinebatur, vel Musicen exercebat Ecclesiastico Viro dignam, vel unicolores tandem imagines delinerebat, ut diem falleret. Plurima quidem ad hanc laudem spectantia profere possemus; sed modus adhibendus est, ut ad extrema veniamus.

Decesserat Benedictus, & Clemens Duodecimus ex Corsinia gente, caelo, terraque clarissima, qui justitiae fama, & magnificentiae florebat, Pontificatum inierat. Illum, ut qui diuturno Urbis usu, atque Aulae consuetudine omnium ingenia, & merita expenderat, Majelli totius vitae ratio, prudentia, doctrina, pietas jam inde a primo ejus adventu latere non poterant. Itaque ratum habuit statim Caroli munus, commemoratis praesertim  
stu-

studio, fide, labore ipsius, atque innocentia mirabili verbis amplissimis. Quod quidem est observatione praecipua dignum in Principe, ea singulorum notitia praedito, ut Clemens, cujus summa laus semper exstitit candor animi, & veri diligens comitas, cum majestate conjuncta, ut quidquid diceret, ex sententia diceret, quin aut vereretur praesentes, aut absentes infimularet: usque eo sibi constans, ut semper in loquendo veracissimus, in cogitando magnificus, in agendo pari cum summis Regibus fortitudine, liberalitate, splendore certaret. Erat id temporis, quo, ad vindicandam Sanctissimi Decessoris famam, inquirebatur severius in praeposteros quosdam homines, quorum nomina compilationis, aliorumque scelerum, oblati criminationibus, vere, an temere, qui sciunt viderint, traducebantur. In hac procella, quum fuisset Carolus in Familiaribus emortui Pontificis ex praecipuis intimus, cui magis is crederet, ita sane, ut graviora, & majoris motus negotia sine ejus consilio nunquam transigeret, suspicione ne quidem levissima laboravit; quod eum esse unum ex paucis praedicant omnes, qui veluti evectus navicula illa Divinitus fabrefacta, magnis turbinibus rerum, & scopulis supernataverit. Illud autem adseveranter dicimus, Carolum Majellum Clementi Pontifici acceptum, gratumque non fuisse solum, sed tanta opinione habitum, ut nunquam se vidisse hominem adfirmaret, qui adeo excelleret eruditione, ingenio, moribus, quique de se, suisque meritis, & laboribus, tam demisse humiliterque sentiret. Quapropter nemo unus dubitavit, tam praeclarum Pontificem, in cujus laudibus summis illud est praecipue repositum, quod praemiorum dispensationem virtutibus, & benefactis singulorum aequaret, de hoc tam egregio Viro perhonorifice cogitasse, quem scilicet honestandum eminentioris dignitatis ornamentis designaret. Sed haec Majello prorsus extranea; neque enim ipse aut vigiliis, aut curis aliud quam suis proposuerat, praeter Deum. Nolo haec dissimulare calumniam, qua nomen ipsius delatum tum temporis fuit, quum scilicet in aliquos opinio incessit, illum decubuisse confectum moerore gravi, (casu enim accidit, ut jamdiu gliscentis vis morbi ingravesceret) ubi prima Purpuratorum renunciatione facta, quam Clemens sanxit, neglectum sese, ac veluti exauguratum accepit. At hoc vitio potius Romani Caeli verendum puto, in quo vetus illa est persuasio certorum hominum, qui de occulta qualibet animorum latebra investiganda solliciti, temere fabulantur, & somniant, si quem comitia respuerint in Pontificem eligendum, aut aliquem ex eo numero, qui in Sacrum Senatum cooptandus videbatur, ratio vel casus exegerit, statim vulgi rumoribus circumferentes, si forte hic vita migraverit, eum decessisse angore animi saucium; ac repulsae latae aegritudine exanimatum. Id quam stulte Majello adpinxerit Afortorum recordia, testis est ipse perpetuus, & continens vitae cursus, quem memoravimus. Licet enim multis, & magnis virtutibus hic semper processerit; eo tamen totus conlineare visus est, ut ad unum scopum consilia, & cogitationes intenderet, ne videlicet sub aspectum caderet, ne foret in oculis, ne adparent usquam ipsa vestigia pietatis, & eruditionis suae. Rem dicam paucis

notam, sed vivo adhuc teste faciente fidem certo certiore, indubitam, & perspicuissimam.

Quum itaque Clemens Senatui rogatis Patribus supplessisset, nec foret Majellus in album Purpuratorum relatus, non pauci moeruerunt casum, cujus acerbiter ut mitigarent, illum conveniunt, condolent, conqueruntur fortunae vicem. In his Victorius Martinius, Vir clarissimus, & praefens Romani Fori ornamentum, amicitia diuturna, atque usu parium studiorum cum Carolo conjunctissimus, ut haesit! ut miratus est! ubi hominem vidit eadem frontis serenitate exporrectum, pacatumque, ut nemo magis. Hinc quem putaverat ex magna perturbatione, ac moerore tranquillum facere, nihilo egere sensit minus, quam verborum levamine ad perferendum eventa, ut virtuti magis ejus gratulari deberet, quam consolari dolorem. Illud tandem audivit ex Augustino, dignum Episcopo, & Majello, responsum: Non esse, cur doleant qui in stadio currunt Ecclesiae, & laboribus contemnerentur, si quando praemiorum spe, atque illecebra deturbantur; *Nam saepe negat misericors Deus, quae iratus concederet.*

Inter haec decimotertio Kalendas Februarias, anno MDCCXXXIV. affectione, quam diutius aluerat, praecordiorum vehementius furente, sextoque Kalendas Martias ingravescente, repente jacuit: a qua ut paululum respiravit, Neapolim Medicorum consilio profectus est. Poterat cum Viro hujusmodi, & qui rude donari jam pridem debuisset, agi liberalius, quam fuit, ambitiosorum astu interceptis stipendiis, quae tamdiu vigiliis, & laboribus indefessis, quaeque, quod caput est, subrogatus sine mercede ulla non paucos annos meruerat. Neapoli nihil profecit, quadriennium decumbens pene integrum, nec Caeli benignitate, quod patrium erat, nec Medicae artis ope, quae ibi floret admodum, refectus est. Duo maxime morbum pepererunt, quo a longo jam tempore tentabatur: pertinax in studiis labor, & Christiano more laudabilis, sed sane nimia corporis adstrictio. Tenui natura, & nervorum nexu minime validus, cui nimirum per alimenta saepius subtrahita jejunii religione, parum virium adcederet, plurimum vigilando, cogitando semper, precando assidue, infinita scribendo, agendoque, succubuit oneri. Primorum viscerum sedes, in quibus molitur cibus, succorum refluxibus indigestibus, ideoque acescentibus, contaminari coepit. Hinc diffusam passim tabes, quae late per alia corporis extra, ductusque pervasit, donec exaucta in humoribus salium acerbitate, deperdita in solidis partibus mollitiae ac virtute, & capitis penitioribus fibris obstructis ex chyli, & sanguinis contagione potuit brevibus, crebrisque motibus quati: potuit tumescere pedum aedemate, & cachexia, quam vocant, misere laborare; sic tandem, ut inopinata correptus totius corporis concussionem, luxata partium compagine, finem vitae fecerit III. Kalendas Januarias, anno MDCCXXXVIII. iis ipsis, quos cupidissime optaverat, Natalibus Christi Domini diebus solemniter redeuntibus.

Quum tamdiu aegrotasset, multa, & magna prodidit virtutum exempla, qualia scilicet pietate magis, quam aetate provecum Virum concedebant.

bant. In maximis cruciatibus aut nullam, aut vocem emisit Christiano homine dignam, illud reperens frequentissime: *Iustus es, Domine, & rectum iudicium tuum*; aut alterum, par constantiae, & religionis indicium: *Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum*. A questibus, & ejulatus, quos ipsa natura solet injussos a miseris extorquere, abstinuit semper. Optionem aliquando factam, ut libere diceret, Medicis conniventibus, utrum mallet, omnem exclusit, ne quid ageret ex voluntate, & studio sui. Quare quidquid propinandum adponebatur, gustu, olfactuque asperum, vel insuave, tacitus ingerebat. Quumque adverteret, Christum Jesum, a quo cuncta nostrorum morum ratio est repetenda, aegro corpore, atque imbecillo fuisse nunquam, monebat idcirco, Christianum hominem ex una Divini Servatoris Domini extrema vitae parte acerbissima habere ad imitandum exempla invictae in tolerandis doloribus fortitudinis, & constantiae, in quae, veluti in speculum, adfecti calamitatibus, & consequentibus vitam incommodis, intuerentur omnes. Haud sane alio animo, propositoque vim morbi tantam, tamque diuturnam Majellus perferre valuit. Quapropter id assidua meditatione reputans, quum acerbius languore, atque aegritudine prosterneretur, ex transverso manibus supra pectus ductis in modum Crucis usque eo perstitit, ut ad motum naturae vel animo deficienti, vel vehementer concussae nervorum quassu, nihil penitus moveret sese, in eodemque statu nunquam angoribus fractus, aut conturbatus tremore corporis, perseveraret. Quin quum a prima adolescentia Deiparae semper aliquod ingenii specimen quotidie exhibuisset, idemque toto vitae suae cursu Parenti Optimae, & Beneficentissimae veluti munus perpenderit, eum usum & morem servavit usque ad extremum. Quod si per eum licuisset, non modo volumina, sed libros integros selectissimorum Carminum, ab eodem Graece, Latine, atque Italice ex tempore conditorum, haberemus.

Illud etiam non est praetereundum, quod quum maxime averet Carolus, Deumque una cum matre sua pientissima semper enixis precibus rogasset, ut Fratres & Sorores suas ad eum vitae statum adcerferet, in quo liberius ad Caelum via pateret, voti compos factus, dum adhuc viveret, omnes, modo unum excipias familiae augendae, & sustentandae vadem, in sortem Domini vocatos amplexus est: ut Servator fratrum suorum, quod olim in summis D. Bernardi laudibus fuit, merito dici possit. Nam inclytæ Praedicatorum sodalitati nomen dederunt duo; itemque sorores duae D. Theresiae fidem voverunt. Ceteri Sacris initiati sunt: quos inter post Carolum eminet etiam nunc Januarius Metropoleos Ecclesiae Canonicus, fratri Carolo quamvisimillimus, pietate, doctrina, Latinae, Graecae, Ebraicae linguae intelligentia clarissimus; qui, qua fama Carolus Romae, eadem ipse Neapoli florere, & Vicarii olim Generalis Capitularis, ut ajunt, sicuti & Archiepiscopalis modo Sanctimonialium officio perfunctus, toti Clero qua doctrina, qua exemplis praefulget virtutum omnium. Patru sui merita tam eximia Dominicus aemulatur, Christianae pietatis studio, & Sacerdotali verecundia.



cundia, scientia, fide, integritate omnibus carus, qui norunt Hominem antiqui moris commendatissimum. Sed norunt pauci: quippe qui in tanta Romanae Urbis celebritate & frequentia, quum sapiat, aetatem vivit, procul a strepitu religioni, & literis deditam.

Hunc ipsum vitae cursum, ut haecenus patuit, Carolus tenuit, qui utinam ad hoc aevum superstes pervenire potuisset! BENEDICTUS XIV. omnium, quotquot fuerunt, Pontificum post hominum memoriam sapientissimus, quem annare, & perennare diutissime Ecclesiae bono Deum Optimus sinat, locum meritis parem certo certius Carolo decrevisset, quem iudicio illo suo, quo cunctis mortalibus praestat, in expendis hominibus non solum aequissimo, sed prope Divino, nunc etiam probat, & praedicat, deque ipsius virtute, integritate, moderatione ita commemorat, ut in ejus summis laudibus excipiat nihil.

Vixit annos LXIX. menses IX. dies XII. Post obitum elatus est honorifice, comitantibus omnibus bonis cum Metropolitanae Ecclesiae Capitulo & Canonicis, necnon maxima vulgi frequentia, & in Ecclesia Principe Neapoli, ubi vitam posuit, tumulatus.

Vir clarissimus Alexius Symmacus Mazzochius Elogium scripsit his verbis: *Carolus Majellus, Neapolitanus olim Canonicus, deque hoc Capitulo optime meritus, quantum a puero pietate, & literis fuerit, Seminarium hoc ejus ope ad tantam gloriam proveltum declarat. Nihil certe in obscurioribus disciplinis, & linguis arduum fuit, quod non vi ingenii, & labore pervicerit. Ultra Romam a Clemente XI. evocatus, & cum Bibliothecae Praefectura, tum Canonicatu S. Petri donatus, postremo a Benedicto XIII. Secretarius ad Principes, & Archiepiscopus Emisenus creatus fuit; in quibus muneribus, praeter auream eloquentiam, & Latini sermonis naturam elegantiam, quum virtutibus omnibus ad miraculum eniteret, nullum in Aula Romana majoris moliminis negocium fuit, quod non ejus opera feliciter cesserit. Omnium opinione Cardinalatu dignissimus, Neapoli obiit III. Kalendas Januarias Anno MDCCXXXV III.*

Nicolaus Capassus, item Vir magnus, uno Disticho totius vitae ipsius imaginem ita ad vivum expressit:

*Et sancte vixit Sophos hic, & vixit in Aula;*

*Non modo spreuit opes, spreuit & ingenium.*

Demum Appius Annaeus ex Arcadibus hoc Italicum Epigramma, in poetiis, historicis, criticisque variorum praeclarorum Virorum imaginibus Neapoli anno 1745. typis vulgatum, elegantissime pepigit.

*Mentre un torrente limacciofo, e rio*

*Di stolte carte il secol nostro inonda;*

*Le costui dotte Opere divorva, e affonda*

*Il fuoco, lo squallor, l'ombra, e l'oblio.*

*Di sua pura eloquenza il vivo rio*

*Sol cerc' antri, e dirupi, ove s'asconda:*

*E suo Oriental tesoro, e sua profonda*

*Virtù a lei sol si manifesta, e a Dio.  
 Così Carlo il sentier de nostri guai  
 Corse, fralle sue amate ombre dimesso,  
 Sempre solcando, e non mietendo mai.  
 Quindi apprendo, che mal sua meta fisse  
 Chi fu noto ad ognun, forchè a se stesso,  
 E visse ben chi a se sol noto visse.*

Quod, in gratiam Italicae linguae imperitorum, sic Latìo utcumque reddimus.

**D**um nostra haec male sana aetas farragine tanta  
 Librorum exundat, ceu lata gurgitibus,  
 Ignis edax Scriptis, & longa oblivio noctem,  
 Proh dolor! egregiis, ingenioque ferunt:  
 Atque Asiae, & Latii dives facundia gemmis  
 Se tacitis umbris occultit, & latebris.  
**N**empe Deo virtus contenta, haud indiga famae est;  
 Et nitet immensum, dum nitet ipsa sibi.  
 En olim dum vita fuit, tua, Carole, imago:  
 In medio semper delituisse die.  
**Q**uumque operi adsidue vigilans, Musisque vacares,  
 Tu premeres sulcos, non meteres segetem.  
**Q**ui studet, o miserum! praeconia quaerere vulgi,  
 Nec sua, nec sese noscere sollicitus.  
 Scilicet, hoc meritum, solidaeque haec praemia laudis,  
 Consciis ille sui, qui bene vixit, habet.



# SERIES ET ORDO EORUM

*Quae in hac secunda Parte continentur .*



- I. **D**edicatio Operis. pag. 3.  
 II. Praefatio. pag. 5.  
 III. Caroli Majelli Archiepiscopi Emesseni Vitae Compendium. pag. 7.  
 IV. Dissertatio de Eusebiana Actorum veterum Martyrum Collectione. pag. 33.  
 V. ACTA MARTYRUM OCCIDENTALIUM, qui sub variis Romanorum Imperatoribus passi sunt, PARS II. videlicet ;

I.

*Martyrium SS. LUCIANI & MARCIANI.* pag. 47.

I I.

*Martyrium SS. VICTORINI, VICTORIS, NICEPHORI, CLAUDIANI, DIODORI, SERAPIONIS, & PAPII.* pag. 55.

I I I.

*Martyrium SS. STRATONICAE, & SELEUCI.* pag. 65.

I V.

*Acta SEPTEM MARTYRUM Samosatensium.* pag. 123.

V.

*Martyrium S. AGNETIS Virginis.* pag. 148.

VI.

*Martyrium S. PROCOPII.* pag. 166.

VII.

*Martyrium SS. ALPHAEI, ZACCHAEI, & ROMANI.* pag. 172.

VIII.

*Martyrium S. TIMOTHEI.* pag. 182.

IX.

*Martyrium S. APIANI.* pag. 186.

X.

*Martyrium S. HEDBSII.* pag. 195.

XI.

*Martyrium S. AGAPII.* pag. 198.

XII.

*Martyrium S. THEODOSIAE Virginis.* pag. 201.

XIII.

*Martyrium S. PETRI, qui & ABSELAMUS.* pag. 206.

XIV.

*Martyrium S. THEODOTAE Meretricis.* pag. 210.

- VI. APPENDIX ad Acta Martyrum Occidentaliu, in qua ACTA S. SIMONIS STYLITAE, a Cosma ejusdem Familiari conscripta, ex Codice I. Chaldaico Nitriensi Vaticano nunc primum in lucem proferuntur. pag. 227.  
 VII. Index in Acta Martyrum Occidentaliu. pag. 413.

ⲛⲁⲕⲁⲗⲁⲛⲁ ⲛⲁⲕⲁⲗⲁⲛⲁ ⲛⲁⲕⲁⲗⲁⲛⲁ ⲛⲁⲕⲁⲗⲁⲛⲁ

# A C T A

## MARTYRUM OCCIDENTALIUM

### P A R S I I.

#### DISSERTATIO

#### De Eusebiana Actorum veterum Martyrum Collectione.



**U**M Eusebius Caesariensis de Ecclesiasticae antiquitatis memoria optime meritus. Acta veterum Martyrum collegerit, collectaque ad publicam Christianorum utilitatem ediderit; mirantur plerique omnes, quod praestantissimum ac saluberrimum opus aut omnino intercederet, aut ita delitescat, ut funditus interitisse videatur; praesertim quum ad conquirenda, & comparanda ejus generis monumenta non modo priora illa Christiani nominis secula, sed consequuta etiam per omnes aetates Ecclesiae tempora mirifico studio certaverint. Mihi vero potius mirari aliquando subiit, quod quum Eusebius ipse in pluribus Ecclesiasticae Historiae locis disertissime scriperit, se antiquorum Martyriorum Collectionem edidisse, atque ad eam saepe Lectores, pleniorum rerum cognitionem cupientes, amandet; Scriptores tamen Eusebio suppare, qui procul dubio Collectionem illam legebant, versabantque, neque inter Eusebii Opera recensuerint, neque illius profus mentionem ullam fecerint. Si quis autem hoc veterum silentium cum posteriorum Seculorum judiciis contulerit, mirabitur impendio magis, quod tum primum a Scriptoribus Eusebiana Collectio memorata sit, quum ejus jactura complorari coepit; ita ut vix luculentiora apud doctos viros, Eusebio posteriores testimonia ejus operis habeamus, quam querelas, quibus opulentissimi thesauri interitum passim desent.

Hanc judiciorum diversitatem quum saepe mecum reputassem, & antiquorum silentium cum recentiorum conquestionibus contidissim, simul etiam diversitatis ejusmodi causas pervestigassem, ita demum certissime statuendum censui, quod quidem in Actis antiquorum Martyrum colligendis reipsa praestitit Eusebius, nunquam funditus interitisse, quod vero intercidisse dolent, nunquam fuisse ab Eusebio praestitum; eos proinde, qui Eusebiana collectionem desererint, aut desiderare & inquirere pergant, nunquam Eusebii verba de collectis Martyrii testimonium perhibentis rite expendisse, sed partim anticipata opinione, & Latinorum interpretum licentia esse deceptos, partim apocryphis scriptis fidem temere adhibuisse. Quoniam vero haud parvi refert hanc Literariae Historiae salebram expedire, ad quam haeserunt haecenus Viri doctissimi, & communes querelas, longo seculorum errore ad nos propagato subnixas, refellere, aut lenire; quam potero explicatissime de vera Eusebiana collectionis idea & fortuna disse-  
rere instituo.

Jam a sexto Christiani nominis Seculo inolevit opinio, eaque Eruditorum Virorum animis ad nostram usque aetatem penitus infedit, Eusebium praeter insignem librum

CAP I  
Quid in Actis  
Antiquorum  
Martyrum colli-

gendis se præ-  
stitisse testetur  
Eusebius?

de Martyribus Palaestinae sua aetate coronatis, qui ad nos pervenit, alterum etiam conscripsisse de antiquis Martyribus, quorum passionem, historiamque Aëtiis adjectis enarraverit; hunc vero ingenti cum Sacrae Eruditionis detrimento, diu licet, impensèque conquisitum, adhuc desiderari. Atqui Eusebius ipse pluribus in locis disertè quidem testatur, se Aëta veterum Martyrum collegisse, eamque collectionem in publicam utilitatem edidisse, sed de antiquis Martyribus se scripsisse, aut eorum Martyriorum historiam composuisse antiquam scribit. Nimirum in eo dumtaxat se operam posuisse testatur, ut Aëta, & Monumenta, quibus essent consignata veterum Martyria, Colligeret, eorumque collectionem emitteret. Sed Eusebium ipsum de sua collectione loquentem audire praestat, ut qualis illa fuerit, aestimare, riteque definire possimus.

Historiae Eccl. lib. 4. cap. 15. facta post mortem Polycairci apud Smyrnæ Martyria commemorans Eusebius, quum praecipua capita de Pionii certaminibus ex Epistola Smyrnenfis Ecclesiae indicasset, ita concludit: *Τὸ π ἰ ὅ ἀρασι τοῖς ᾠδοῦντοῖς ἀπὸ πολλῶν πλὴθῶν ῥήματα τῆς ἐκείνου ἀπὸ γρηφῆς ἀβελήχους τῆς ἑς φίλων, ἐπὶ ταύτης ἀναπεπύρητο, τοῖς ᾠδοῦντοῖς συναχθέντι ἡμῖν Μαρυτοῖς ἐκπιπυρῶντο.* *Ejus denique post res omnes admirabiliter gestus mortem quum plenissime epistola de ipso conscripta contineat, eos, qui volunt ad ipsam amandatum, antiquiorum Martyriis a nobis collectis insertam. Quibus verbis non se de antiquorum Martyriis scripsisse, sed aliena scripta collectioni suae inseruisse apertissime faretur Eusebius.*

Praeterea in Prooemio lib. quinti de Martyribus Lugdunenſibus sermonem instituens, haec ait: *Τὰς ῥῆθ' ἔν' ἐκεί τῶν ἐν πολλῶν ἀποστολῶν τὸ πᾶν εὐχρησµα τῆς ἡ' Μαρτύρων ἡμῖν κατατίκταται συναγωγῆ.* *Et quidem Commentarius absolutissimæ harum rerum expositionis totus a nobis Martyrum collectioni insertus est.* Nullam a se librum compositum de antiquis Martyribus indicat Eusebius, sed colligendi tantum sibi operam vindicat; ut non satis fideliter Eusebii mentem compressisse videatur Christophorſoſus, quum vertit: *In libro de Martyribus a nobis composito.*

Non aliter de sua illa collectione loquitur Eusebius cap. 4. ejusdem lib. 5. Ubi quum ex epistola Lugdunenſis Ecclesiae verba quaedam recitasset, subjecit: *Ἐφ' ᾧ φίλων, καὶ ταύτη ῥῆθ' ἐν πολλῶν ἀποστολῶν ἀναλαβόντας τὸ εὐχρησµα, ἔπει ἀπὸ τῆς ἡ' μαρτύρων συναγωγῆ περὶ ἡμῶν, ὡς γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατατίκταται.* Quae non incommode ita reddit Valeſius: *Haec quicumque voluerit, quum ita poterit plenissime cognoscere ex ipsius Epistolae lectione, quam quidem nos, ut supra monuimus, in passionibus Martyrum a nobis collectis integram inseruimus.* At Christophorſoſus iterum Eusebii librum obrudit: *Modo, inquit, illam epistolam, quam in libro nostro de Martyribus posuimus, accurate voluerit evolvere.* Ac rurſus cap. 20. ejusdem libri, ubi de Apollonio Eusebius: *Ἐν τῆς ἡ' Λαρχίων Μαρυτοῖς συναχθέντι ἡμῖν ἀναγεφῶς ἰένεται;* hoc est: *Ex antiquorum Martyriorum Commentariis a nobis collectis intelliget;* Christophorſoſus Eusebiani Libri mentionem retinet: *ex libro nostro, quem de veteribus Martyribus composuimus, manifesto intelliget.*

Ex hisce testimoniis Eusebii haud satis fideliter verſis, nec satis accurate expenſis factum est, ut ab Eusebii mente alienam, & a vera Eusebianae collectionis idea diversam opinionem Scriptores etiam Graecæ doctissimi conbiberint. Ibi enim *Opus Eusebianum ac Librum Eusebii* ab eo elaboratum atque conscriptum cogitantes, thesaurum vel perditum, vel adhuc latentem complorant, & frustra haecnæ quaesitum, jamque inde ab Eulogii Alexandrini, & Gregorii Magni temporibus in Oriente pariter & Occidente desideratum dolent. Satius tamen fecissent, si in pervestiganda potius Collectionis istius natura, Eusebique sententia, quam in latebris perſcrutandis operam locassent.

Ex recitatæ Eusebianae historiae verbis satis constat, in Aëtiis antiquorum Martyrum nihil aliud sibi Eusebium sumere, praeter collectionis studium, atque editionis ad aliorum utilitatem: laudabile sane consilium. Quod quidem per omnes aetates doctos Viros excitavit, ut interdum privata, interdum etiam publica autoritate ad conscientias id genus collectiones animum adpellerent. Ita enim non modo summorum Oratorum Graecorum, Latinorumque, & SS. Patrum Opera, sed Sacrae etiam, Civileſque Leges, atque ipſe adeo Divinorum librorum Canon ad nos pervenerunt. Quum autem ad res cognoscendas ingens esset ejusmodi collectionis fructus, mos etiam invaluit, ut, quae ad peculiare causas, & insignes temporum eventus; viderent, scripta simul col-

lecta

CAP. II.  
Quodnam fuerit de Eusebianae Collectionis antiquitatis judicium?

lecta emitterentur. Quam sane consuetudinem per ipsam Eusebii aetatem potissimum viguisse, discimus ex Socrate, qui lib. 1. Hist. Eccl. cap. 6. tradit, Epistolas ab Alexandro Alexandrino, vel ejus causa scriptas in unum volumen fuisse collectas, in alterum vero quae ab Ario, vel ejus causa scriptae fuerant. Ibidem praeter ep. cap. 5. De Sabino Heraclensi Macedoniarum Episcopo scribit; *Ea, quae varia Episcoporum Concilia scriptis ediderant (de causa Arianorum) in unum volumen collegisse.*

Hoc igitur quum praestitisset Eusebius in colligendis Actis antiquorum Martyrum, nihil erat, quod inter opera Eusebii Collectio illa censeretur, aut Eusebii nomine inscriberetur, aut indicaretur. Neque enim Eusebius ipse, quum Ignatii, aut Dionysii, sive Corinthii sive Alexandrini, aut aliorum Epistolas adferat, quarum procul dubio Collectionem versabat, Collectorum nomen recitat, aut ullam eorum rationem habet. Fuit proinde Eusebiana Collectio, instar earum, quae Graeci *Μαρτυρολόγια*, nostri vulgo *Passionalia* adpellant, quaeque nullo praefixo auctoris nomine (neque enim Actorum unus est Author) Sanctorum vitas exhibent; cujusmodi exemplaria plurima in Bibliothecis supersunt.

Ad hanc profecto causam diuturnum apud veteres de Eusebiana collectione silentium est referendum, eoque factum est, ut illo ipso tempore, quo manibus fidelium terebatur, inter Eusebii opera minime fuerit numerata, nec quivquam Eusebii nomen in Actis recitandis memoraverit, quippe quae neque ab illo scripta, neque explicata essent, sed collecta modo, atque edita. Ignorasset proinde posteritas Eusebii studium in Actis emittendis utiliter conlocatum, nisi Eusebius ipse, quem Henricus Valefius *Fatis diligenter laudatorem operum suorum* adpellat, hanc sibi diligentiae laudem vindicare curasset. Quae vero opuscula de Martyribus ab Eusebio scripta memoravit Hjeronymus in lib. de Scriptor. Eccl. non alia sunt, quam certamina Martyrum Palaestinarum, quae ita descripta enarravit Eusebius, ut non uno historiae textu deduceret, explicaretque, sed veluti singula de Martyribus illis Opuscula conderet; ut per se quisque legendo deprehendit. Neque enim Epistolam Smyrnenium, aut Lugdunenium, aut Apologiam Apollonii, quae in Eusebiana collectione legebantur, quivquam Eusebii opuscula nuncupaverit.

Gelasius quidem Cyzicenus, qui certe ante seculum sextum floruit, primus omnium, si modo Valefium interpretem sequamur, videri cuiquam possit, Eusebii studium in Actis Martyrum colligendis laudasse; ait enim lib. 2. de Synodo Nicaena: *Qui quamplurimos Martyrum certaminibus acquisitis, atque investigatis, ex iis, quae simplici ac rursus stylo scripta fuerant, eligens atque excerptis, Ecclesiasticam Historiam decem omnino libris accurate conscriptam nobis reliquit.* Sed tantum abest, ut Collectionem ab Eusebio editam pro Eusebiano opere agnoscat Gelasius, ut potius non alium ex Actis collectis fructum, ac librum edidisse Eusebium fateatur, quam historiam Ecclesiasticam, ex Actorum scilicet narrationibus, ac testimoniis digestam derivatamque. Atque haec quidem ad rem nostram, si Valefii interpretationem admittamus. At certe, quod pace Valefii dixerim, alia est mens Gelasii, qui de collectis ab Eusebio Passionalibus Martyrum ne verbum quidem habet, *πλέσις*, inquit, *δύο ἀγάθαι θίμβρα, καὶ διετυρωμένω, ἐκ τῆς ἀπλῆς εὐαγγελίας τὴν ἀπολόγητον ἀποσαμῆρα, ἐκ δὲ καὶ τῶν αἰσθητικῶν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀποστολικῶν μαρτυρίων.* Quae ita fideliter reddit Robertus Balforeus *Qui summa contentione enitens, tum exquisitè singula, & ex his, quae simpliciter se habebant, congruum partium mensuram efficiens, decem integris Libris Historiam nobis Ecclesiasticam reliquit perfectam.* Nimirum ἀγάθαι θίμβρα, non est certamina colligere, sed contendere, seu contentione emitti. Certe apud Sophoclem *εὐαδῶ θίμβρα* est operam navare. Ac Balforeus quidem spectasse mihi videtur Ciceronis locum ad Atticum lib. 1. Epist. 13. ubi: *Cetera, inquit, non possunt habere eandem neque vim neque venustatem remoto illo studio contentionis, quem ἀγάθαι vos adpellatis.* Adcedit ad tuendam Balforei versionem, quod non ex solis Actis Martyrum investigatis ordinatissime Historia Ecclesiastica Eusebii constata est, sed ex omnibus aliorum, qui pro re nata de rebus Ecclesiae scripserant, monumentis; ut ipse tradit Eusebius in Prooemio: *Quaecumque igitur proposito operi profutura esse credimus, ex his, quae ab illis sparsim commemorata sunt, studiose colligentes, aptisque instituto*

noſtro veterum Scriptorum locos, velut ſoſculos ex ſapientiae praeſi decerpente, hiſtorica narratione in unum corpus compingere conabimur. Quem ego locum expreſſiſſe procul dubio Gelafium puto. Balforeum denique Gelafii mentem adſe ruatum eſſe, Gelafius oſtendit; quum enim Euſebium *πλωσίως ὄνους ἀγρότας ἡμετέροι* laudaiſſet, id ipſum aliis verbis paulo inferius expreſſit: *Ἄλλ' ὡς ἀγρίως ἰθὺς: πολλὰ ἡσυχάζειν τὴν σπυδὴν, καὶ πλῆτον ἀρατῶν πόνου. Sed ut modo dixi, ſummum ſtudium & incredibilem laboris copiam quum conſu- liſſet. At non aliis verbis id modo dixerat niſi his: πλωσίως ὄνους ἀγρότας ἡμέτεροι, quae proinde non aliud ſonant, quam *πωλλὴν τὴν σπυδὴν, καὶ πλῆτον ἀρατῶν πόνου*.*

Neque Gelafio teſte opus erat, ut intelligeremus, Euſebium in hiſtoria conſcribenda Actis Martyrum fuiſſe adjuvum. Imo etiamſi Euſebius ipſe nunquam teſtatur eſ- ſet, ſe antiquorum Martyrum paſſiones conquiſiſſe & comparaiſſe, ſola hiſtoriae ipſius lectione id certo deprehendere quiſque potuiſſet. Non enim aliunde haurire potuiſſet earum rerum cognitionem, quarum hiſtoriam in Prooemio pollicetur: *Quoties etiam, & quibus modis ac temporibus Chriſtiana religio a Gentibus impugnata ſit, & qui ſuperiori memoria pro illius deſenſione tormenta ac mortem perpeſſi fortiffime certaverint, tum quas noſtrae aetate Martyria conſumpta ſint &c.* Ipſa nimirum ſuſcepti operis ratio Euſebium ad- monerat, ut non ante ad ſcribendam hiſtoriam adgrederetur. quam Monumenta, Acta, Tabulas & Scripta ſcrutatus eſſet, quibus rerum geſtarum memoria conſignata erat. Eam enim eſſe debere praecipuam gravis & ἀξιωματικῆς hiſtorici curam, dicitis exemplique docuerunt quotquot ſive conſcribendae hiſtoriae praeccepta traderunt, ſive in hiſtoria conſcribenda operam profeſſi, nomen ſibi laudemque pepererunt.

Ad ſaeculum uſque Chriſtiani nominis ſextum, quum Acta Martyrum ab Euſebio collecta tam publicis, quam privatis lectionibus verſarentur, qui mentionem Euſebianae Collectionis fecerit, invenimus neminem. Exinde vero diuturnum ejuſmodi ſilentium praeconia celeberrima exceperunt; ſiquidem tum primum in ſcenam prodierunt Acta corrupta, & ſuppoſitae Epistolae, ex quo gemino fabularum fonte praepoſteram de Euſebiana Collectione opinionem docti pariter indoctique Viri conbiberunt.

Acta quidem S. Silveſtri, qualia nunc tam in mss. Codicibus, quam in editis habemus, hoc exordium praefurunt: *Euſebius Pamphili Eccleſiaſtica hiſtoriam conſcribens, utrinque ea dicere praetermiſiſſe, quae in aliis ſuis operibus ac lucubrationibus fuerat exſequu- tur: Εὐ ἀλλοις συντάγμασιν ἰδεσθῶν: Omnium enim ſere cunctis in Provinciis certamine ſun- ctorum Martyrum, Episcoporum, Confeſſorum tormenta & cruciatus undecim libris (al. vi- ginti) intexuit; neque id modo, ſed & mulierum ac Virginum, quotquot virili ſenſu Chriſti Domini gratia depugnavunt, praecia ſcripto conſignavit, δι' ἡμετέρας δόξης.*

Hiſ ſuccinunt, ſuppeticiaſque veniunt ad adſtrudendam figmento fidem, geminae Epi- ſtolae: altera Chromatii, & Heliodori ad Hieronymum, qua Sanctum Virum rogant ex Concilii Mediolanenſis ſententia, ut *Feriale* de Archivis S. Euſebii Caefareae Palaeflinae Sacerdotis inquirens, *Martyrum* ad ipſos *feſta dirigeret*. Altera Hieronymi ad eoiſdem, quibus haec reſcribit: *Conſtat Dominum noſtrum omni die Martyrum ſuorum triumphos excipere, quorum paſſiones a S. Euſebio Caefarienſi Epifcopo ſcriptas reperimus. Nam Con- ſtantinus Auguſtus quum Caefaream fuiſſet ingreſſus, & dicret memorato Antifiti, ut pe- teret aliqua beneficia Caefarienſi Eccleſiae profutura, legitur reſpondiſſe Euſebium, opibus ſuis ditatam eſſe Eccleſiam, nulla petendi neceſſitudine compellente; ſibi tamen deſiderium immobile ſteſiſſe, ut quidquid ubique in Rep. Romana geſtum ſit erga Sanctos Domini, Ju- dices, Judiciibusque ſuccedentes in univerſo Orbe Romano ſollicita perſcrutatione monum- ta publica diſcutiendo perquirerent, & quiſ Martyrum, a quo Judice, in qua Provincia vel Civitate, qua die, quave paſſione perſeſverantiae ſuae obtineret palmam, de ipſiſ Archivis ſub- lata ipſi Euſebio Regio juſtu dirigerent. Unde ſuſcitum eſt, ut idoneus relator exiſtens, & Eccleſiaſtica hiſtoriam retexeret, & omnium pene Martyrum Provinciarum omnium Ro- manarum diligens Hiſtoriographus declararet.*

Tanti Operis, tantique Scriptoris fama ſtatim pios doctoque Viros excitavit, & ad perquirendos Euſebii Commentarios in Actis illis & Epistolis indicatos inflammavit. Ac tamen jam antea pleroſque ſcriptis illis inductos quaeviſſe non ambigamus primus tamen in literarum monumentis occurrit Eulogius Alexandrinus, qui Orientis prius latebras irrito

irrito labore scrutatus, Gregorium M. per epistolam rogavit, ut ejus operis sibi copiam facere dignaretur, certissime ratus. Romanam Summi Pontificis Bibliothecam tam insignibus Sacrae antiquitatis monumentis carere non posse. At Gregorius non modo nullum exstare in Romanis Bibliothecis ejus operis exemplum respondit, sed se ab Eulogio primum didicisse susceptum illum confectumque ab Eusebio laborem, antea sibi prorsus ignotum & inauditum. Haec enim scribit Epist. 29. lib. 7. *Indict. 1. Sanctissimo Beatitude vestra scribere studuit, ut cunctorum Martyrum gesta, quae pie memoriae Constantini temporibus ab Eusebio Caesariensi collecta sunt, transmittere debeamus; sed haec neque si collecta sunt, neque si sunt ante vestrae Beatitude scripta, cognovi.* Warnaharius praeterea, sive Wariharius, qui illa ipsa Gregorii aetate scripsit, fabulam Pseudohieronymi de Actis Martyrum Caesaream conventis aperte designat, eamque satis tum pervulgatam esse insinuat in Epistola ad Cerannium Episcopum Parisiensem, praefixa Actis Sanctorum Tergeminorum Lingonienisium: *Nunc Sanctorum gesta ad laudis tuae cumulum pro amore Religionis congregare in Urbe Perisaca devotus intendis. Unde S. Eusebio Caesariensi in aemulationis studio coactuandus es, & pari gloriae dono perpetuae memorandus.*

Post aetatem Gregorii fama ejus Collectionis Constantini ope ab Eusebio confectae in dies increbuit. Nam Hilduinus Abbas, qui post seculi noni initium ad Ludovicum Pium scribebat, in Epistola, quam Areopagiticis praemisit, rem inuit tamquam omnibus notam atque compertam. De antiquissimo enim Martyrologio, Constantino advecto, ait: *Quod Martyrologium, ut antiquitas ejus demonstrat, ex eo tempore constare posse, non incongrue remur, quo Constantino jubente, nata occasione, Martyria Sanctorum Domini de toto Orbe collecta, & Caesaream sunt convecta.* Antiquus etiam Author Passionis S. Valeriani, cujus fragmentum iater veterum pro Eusebio testimonia edidit Valelius ex antiquo Codice Mosciacensi: *Celebre, inquit, habetur sanctae memoriae Eusebium, per omnem Orbem, in quantum Divino annuntiante Spiritu, us gestum est, rei veritas de curia valuit reperiri, prout singularum Provinciarum Urbes, Loca, vel Oppida illustrari triumphis Martyrum Caesariensibus meruerunt; quorumque Principum tempore ordinata officiorum instantia innumerae passiones factae fuerant, declarasse. Qui etsi Martyrum singularum integras non explicuit passiones, tamen Christianis devotis atque fidelibus, unde describi vel celebrari debeant, veraciter intimavit. . . Ita per supra dicti Viri relationem ab unius Codicis fonte diffusam, scriptis manantibus fidelium, totum Orbem celebrandae passiones Martyrum riguerant.* Vetus denique Breviarium ms. Ecclesiae Lemovicensis in Tertia Lectione Officii Eusebii Caesariensis apud eundem Valelium: *Praeterea, ut legitur, omnium Provinciarum quum multorum SS. Martyrum passiones, & Confessorum vitam ac Virginum cognovisset, viginti libros de eisdem Sanctis scripsitavit.*

Haec igitur erat olim propagata de Actis ab Eusebio collectis opinio, quae doctissimos etiam recentioris memoriae Scriptores invasit, apud quos primum quidem non solum libros Martyrum ab Eusebio fuisse conscriptos, verum etiam insigni sui parte pervesse creditum est. Scribit enim Baronius ad diem 23. Septembris in Notis ad Martyrologium, se Lindanum audivisse haec narrantem: *Ex libris Martyrum, quos Eusebius Caesariensis se scripsisse testatur, tres nondum e Graeco versos in Bibliotheca Philippi Hispaniarum Regis piissimi apud S. Laurentium in Escuriale exstare nobis loquitur Index ejusdem, quem Catholica Majestas nobis ad unam aut alteram noctem devorandum singulari benevolentia permisit.* De eodem Opere Franciscus Bivarius ad Dextris Chronicon an. 308. *Graece scriptum, inquit, in Regia Bibliotheca S. Laurentii in Escuriali dicitur reperiri.* Ad spem operis optatissimi aliquando recuperandi eo rumore erecti sunt eruditiorum animi, at non sine fuci suspicione. Quare Petavius, Guillelmus etiam Cave in Eusebio quum Bivarii sententiam retulisset, addidit: *Et utinam nobis liceret esse tam Beati! At vereor, ne fama mendax pro thesauro carbones, pro genuino Eusebii opere fabulosus Metaphrasis quisquiliis venditorit.* Tandem Docti Viri spem inanem in Escurialensi Indice positam abercerunt, Luca Hoffenlio Laurentiani Codicis veram Historiam de visu narrante in Materis, quas de illius Bibliothecae Libris ad Magnum Ducem Etruriae scripsit: *Ibidem, inquit, Historiae Ecclesiasticae Eusebii antiquissimum & pulcherrimum exstare exemplar in folio majori. Decimo Libro subjicitur fragmentum de Martyribus in Palaestina passis: quae tota narratio*



totidem fere verbis lib. 8. legitur. Hoc fragmentum ab Hispanis aliquando habitum fuit pro libro illo, quem de Martyribus seorsim a se scriptum non uno loco iacetur Eusebius; qui vix tandem ejus copiam fecerunt Vaticanae Bibliothecae Praefectis.

Ea spe dejecti, nunquam Viri doctissimi ad hanc usque diem vota & querelas omiserunt, aut fiducia inveniendae Collectionis se lactare desierunt. Bollandus in Praefat. Generali ad Vitae Sanctorum cap. 1. §. 3. *Id opus, inquit, an usquam exstet divinare non possum. Praefat. de Ecclesia mereretur, qui tantum affectus publicaret Eusebium.* Ruinartus in Praefat. ad Acta Sincera Martyrum, librum memorans Eusebii de antiquis Martyribus: *Si penitus non exciderit, ita laetetur, ut diu liceat a Viris perpicacissimis conquistus, a nemine profusus haecenus potuerit inveniri.*

Perversa igitur de Martyriis ab Eusebio collectis judicia ex his, quae haecenus dicta sunt, tripartita esse dignoscimus. Alii nimirum Praefatione Actorum Silvestrinorum induciti putaverunt. omnium ubique Martyrum passionem & historias Eusebium conscripisse, & in libros digessim, ut vetus Author Lektionum Officii Ecclesiae Lemovicensis. Alii vero Pseudohieronymo fidem habentes, non historias Martyrum, sed Martyrologium sive ab Eusebio compositum censuerunt, ut Author vitae S. Valeriani, sive a Hieronymo ex Eusebii opere digestum & ordinatum, ut Molanus, & recentiorum magni nominis perique, quorum patrocinium suscepit Florentinus in exercitationibus praevius ad Martyrolog. Occidental. Alii denique Silvestrinis Actis, & suppositis Epistolis nihil tribuentes, ex solis Eusebii verbis, quae protulimus, non rite expensis, librum, aut libros de antiquis Martyribus fuisse autumant ab Eusebio compositos atque conscriptos, quos misere intercidisse, aut sepultos latere doleant; ut Baronius, Bollandus, Hollenius, Ruinartus. Hunc tertii ordinis errorem quem superius ex recta Eusebii textus explicatione confutaverimus, sequitur, ut fabulam Pseudohieronymi, & Prooemium Actorum Silvestrinorum rejiciamus.

Non haec Acta Silvestri aut cum Baronio vindicanda, aut cum ceteris eruditus Viris rejicienda suscipimus, sed exordium dumtaxat, in quo *Omnia fere cunctis in Provinciis certamine sanctorum Martyrum & Episcoporum & Confessorum tormenta & cruciatus undecim, sive, ut alii legunt, viginti libris intexuisse narrat*, ad fabulas amandamus. Ac satis nobis erit, si quemadmodum Baronius agnoscit Acta illa in multis fuisse depravata, ita & nos dicamus, eadem tempore Gelasii fuisse emendatiora, & exordium illud, quod hodie legimus, non praetulisse. In quam me conjecturam duo non levia adducunt argumenta. Primum enim ab omni similitudine veri abhorret, quod potuerit Gregorius, doctique illius aetatis homines hystoriam Martyriorum ab Eusebio conscriptorum ignorare, si in ipso Prooemio Actorum Silvestrinorum sub Gelasio lecta fuisset. Ait enim Gelasius: *Item Actus B. Silvestri Apostolicae Sedis Praefectus, licet ejus, qui conscripsit, nomen ignoratur, a multis tamen in Urbe Romana Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multae haec imitantur Ecclesiae.* Nam etsi post Gelasium legi desissent, Codices tamen exstare debuerant, quum ab Hadriano I. & Nicolao I. citentur. Docti igitur Viri, ac praecipue Gregorius, licet inter fabulas habuerint, narratum tamen aliquando, aut fictum non ignorassent, quod Eulogius scripserat de Eusebii opere, rem nimirum ab aevo Gregorii non adeo remotam, sed Patris ejus memoria a multis Catholicis Romae creditam, certe lectitatum.

Deinde Prooemium illud cum subjectae narrationis serie non cohaeret, si Combessii emendationem suscipiamus. Quid enim opus erat praescribere, quod Eusebius narrare omiserit in Historia Ecclesiastica res ab se in aliis Commentariis expositas, si vitam, atque Silvestri neque in historia, neque alibi usquam narraverat? Ipse certe orationis ordo antiquam lectionem postulat, quam in Codice Regio exstantem *Immane monstrum* adpellat Combessius, emendatque ex Codice Mazarinio. At reduviam curat, ut ajunt, ubi medendum est capiti. Nam procul dubio vel Prooemium totum amputandum, ubi de Eusebio sermo est, vel antiqua lectio retinenda, si Prooemium retineatur. In antiqua enim lectione quum Author vereretur, ne impostura lectoribus suboleret, si vitam ex Eusebii Commentariis depromptam viderent, de qua in Eusebii historia nulla exstaret mentio, Eusebium, ait, omisisse in historia mentionem earum rerum, quas ali-

bi narraſſet; quoniam omnium Romae Epifcoporum vitam alibi expoſuiſſet, ſe unum Silveſtrum ex eorum numero ſibi delegiſſe transferendum e Commentariis Eufebianis: quae tamen falſa & fiſta, optime tamen ſibi conſtant & cohaerent. At Combefiius Aſta, quae vocat probatiſſima, quum de Eufebii Commentariis eodem pacto praefata eſſent, addunt: *Ex horum igitur numero Epifcoporum ad hoc uſque tempus, quem dixi, res ille lingua Graeca conſcripſit. Huius autem (nempe S. Silveſtrii) vitam non potuiſſe reddere, ac ſtylo exornare: μαρτυρίαν.* Nimirum Combefiius quum *Immane monſtrum* antiquae leſionis horretet, humano capiti cervicem junxit equinam. Sed ſtulti fumus, qui exordii illius *ἀρρωστίας* moroſius expendimus, quum ipſe Combefiius, quid ſibi author velit verbo illo *μαρτυρίαν*, non fatiſ intelligere fateatur. Quae autem de libris ſive undecim, ſive viginti ab Eufebio exaratis dicuntur in Aſtis, unacum Pſeudohieronymi narratione, ex iis, quae ſubjiciemus, ad liquidum perducentur.

Suppoſitam Hieronymo Epistolam graviffimis rationibus expoſerat Baronius de Romano Martyrologio cap. 7. Contra Baronii ſententiam acriter invecus eſt Franciſcus Bivarius ad Dextri Chronicon. Modeſtius elevare Baronii argumenta conatus eſt Franciſcus Maria Florentinius in exercitationibus ad Epistolae ſaepe memoratas, quas Occidentali Martyrologio praefixit, & fidem aliquam iſdem epistolis conciliare ſuſcepit. Saullajus quum Baronii rationibus refragari non poſſet, & veterum pro Epistolae veritate teſtimonia non rejicienda videret, quas habemus, Epistolae interpolatas atque corruptas putavit, legitimas autem ac ſinceras ab antiquis indicatas, & laudatas interiiſſe. Igitur quum inter recentiores Criticos non deſint Epistolae patroni, Solleſius tom. 8. Junii In Prolegom. ad Martyrol. Uſuardi adhuc ſub Juce litem eſſe, ait, quam ego facile diremum iri cenſeo uno potiſſimum argumento, ad quod miror, doctiſſimos haecenus Scriptores animum non advertiſſe. Eufebium Aſta Martyrum edidiſſe antequam hitoriam Eccleſiaſticam conſcriberet, fatiſ ipſe diſerte oſtendit omnibus illis Eccleſiaſticae Hitoriae locis, in quibus a ſe conſectam editamque colleſionem memorat. Antequam autem Eufebius Hitoriam Eccleſiaſticam conſcriberet, abſolveretque, Caefaream Conſtantinum nunquam advenit. Fabuloſum eſt igitur quidquid in Epistoſta de Conſtantino Caefaream ingreſſo, de Eufebio Imperatore rogante, de Aſtis Conſtantino jubente Caefaream convecſtis, deque Hitoria Eccleſiaſtica & Martyrum paſſionibus, Aſtorum illorum ſubſidio conſcriptis. Porro Hitoriam Eccleſiaſticam abſolvit Eufebius, Criſpo Conſtantini filio adhuc in vivis agente. Nam cap. ultimo poſtremi Libri, narraſſe Licinii interitu, qui anno ſuperiori contigit, haec addit: *Conſtantinus vir omnibus Religionis virtutibus ornatus & victor maximus, una cum Criſpo Caefare Deo cariſſimo, & Patri undequaque ſimillimo, Orientem ſuum recepit, & Imperium Romanum, ſicut olim fuerat, in unum corpus redegit.* Criſpo autem Conſtantini juſſu interſecto, id nullo pacto ſcribere potuiſſet Eufebius, aut ita laudare, quem Imperator, & Pater neci dediſſet. In libris enim, ut recte obſervat Pagius ad annum 326. quos ſublato Criſpo conſcripſit, illum nedum non laudat, ſed ne memorat quidem, ut in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 40. & ia Orat. in Tricennalibus, ubi tres alios Conſtantini filios laudat, Criſpum vero tacitus praeterit. Criſpum vero caelum eſſe anno 326. convenit inter Chronologos, ſive interierit ante menſem Martium, ut contendit Pagius, ſive menſe Junio aut Julio, ut evincere nititur Tillemontius Nota 52. in Conſtantinum. Recte proinde Valeſius in Praefat. de vita & ſcriptis Eufebii, ſcriptam ante Concilium Nicaenum hitoriam Eufebianam putat, licet deinde adſirmet poſt Concilium abſolutam. Scio, a Guillelmo Cave Valeſium inſtantiae inſimulari, quod hitoriam, quam ſcriptam falſus erat ante Nicaenam Synodum, deinde poſt paucas paginas abſolutam dixerit poſt idem Concilium: *Quam, inquit, Viri cl. ἀρρωστίας merito miramur.* Ego autem hanc ipſam Guillelmi admirationem magis miror: quaſi vero inſuerum ſit, opera, quae diciturum ſtudium curamque poſtulant, non ſtatim atque ſcripta ſunt, eſſe itidem abſoluta. Proſecto qui Hitoriam Eufebii utcumque percurreret, deprehendet librum decimum alio tempore a prioribus eſſe compoſitum; nam librum novum reddita pacis laetitia clauſerat, & poſtremum caput de ultimo exitio hoſtium Chriſtianae Religionis inſcripſerat, de quo nimirum ſibi poſtremo loco agendum propoſuerat in prooemio totius operis;

deque Licinio tanquam vero Christiani nominis patrono egerat illo ipso cap. ultimo. At libro decimo, quem se ait Paulini precibus addidisse libris prioribus jam decurtis, contraria scribit, & Licinii impietatem, perfidiam & immanitatem describit, ac detestatur.

Constantinus autem procul dubio ab Anno Christi 324. quo Provinciis Orientis profligato Licinio potitus est, Palaestinam adire non potuit ante annum 327. quod facile demonstretur. Nam anno 325. Junio mense Nicaenae Synodo interfuit. Tum Nicomediae agebat III. Kal. Septembris ex subscriptione L. 15. de Testam Milit. Lex prima de Erogat. Milit. annon. data est Aquis in Dacia XIV. Kal. Novembris. Hiemen anni 326. in Thracia transfegisse Constantinum, colligit Tillemontius ex Leg. I. de Custodia reorum, quae III. Nonas Februarii data est Heraclaeae. Sirmii degebat Imperator Idibus Martiis, ubi legem I. dedit de Integri restitut. Reliquo ejusdem anni tempore Italiam & Illyricum pervisit. Nam Lex tertia de Falsa Moneta illum Mediolani commorantem exhibet pridie Nonas Julii. Roma, Spoletoque reversum rursus Mediolani confedisse X. Kal. Novembris, discimus ex Leg. I. Unde vi. Ultima Decembris die Sirmii versabatur Constantinus, ubi data est Lex. 5. de Jure Fisci. Anno praeterea 327. Lex I. sine censu, vel reliquis a Constantino data est Thessalonicae III. Kal. Martii. Lex prima de Exactionibus Sardicae xv. Kal. Junii. Lex XIII. de Adpelationibus, Heraclaeae III. Nonas Augusti.

Quum igitur ad hanc usque diem tertiam Augusti 327. Constantinus in Caesaream Palaestinae minime perrexerit, Eusebius autem collectionem Martyrum jam emisisset, quam nimirum saepius adfirmat a se jam confectam, editamque, antequam Historiam Ecclesiasticam conscriberet; Pseudohieronymianae narrationis fallacia deprehenditur tam de Constantino Caesaream adventante, operamque suam Eusebio pollicente, quam de Eusebio Acta Martyrum postulante, deque Imperatoris edicto de Actis undique conquirendis, & Caesaream ad Eusebium comportandis.

Ad hanc temporum rationem Florentinus minime advertit, quum fabulam de Constantino edicto fulcire conatus est literis ejusdem Imperatoris ad Eusebium, quibus eundem hortatur, ut Sacros Libros ad usum Ecclesiae necessarios quam accuratissime describendos curaret, quum Praefidi Provinciae jam mandasset, ut ad eam rem Eusebio impensas & operam commodaret. *Quamquam enim, inquit Florentinus in adnotationibus ad Epistolam Martyrologio praefixas, edictum Constantini non exstet, ut Provinciae de Martyribus Acta undique ad Eusebium transportarentur, in iisdem tamen Constantini literis ad Provinciae Praefectum continetur, ut pro conscribendis Sacris Libris, & ad parandos Codices, quaecumque necessaria essent, Eusebio promissa suppeditarentur.* Hanc Epistolam Constantini recitat Eusebius lib. 4. de vita ejusdem cap. 36.

At pace Viri Doctissimi, verba Constantini ad sententiam de Provincialibus Actis Martyrum undique ad Eusebium mittendis nulla vi trahi possunt. Nam primo Constantinus discrete expressit, non quaecumque scripturas ad usum Ecclesiasticos, sed Divinas sibi velle describi: *Τὰς Θείων δηλαδὴ γραφῶν, ἀν μάλιστα τῆς τ' ἐπιστομῆς, καὶ τὴν χεῖρτινὴν καὶ τῆς Ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκασίας ἵνα γινώσκουσιν.* Apertissimam Constantini sententiam de Sacris Bibliis *Θείων γραφῶν*, videbatur Christophorus ad omnes Ecclesiae necessarias scripturas traduxisse: quam interpretationem, Valesiana relicta, in rem suam transtulit Florentinus, qui Acta Martyrum, vel eorum saltem Indices, nomine scripturarum Ecclesiasticarum comprehendi posse intelligebat. Qui autem verum amant, nec suscepturam partium studiis indulgent, Authorum sensus ex suis potius ipsorum verbis, quam ex Interpretum, sive bona fide, sive licentia eliciunt.

II. Non ad Praefectos Provinciarum, sed ad Provinciae Praefectum, si Christophorus interpretem sequamur, cujus verbis inhaeret Florentinus, literas dedit Constantinus. Quae ipsa Eusebii, seu potius Christophoroni verba Epistolae Hieronymo adfictae mendacium detegunt. Si enim illae ipsae Constantini literae mandatum continebant de Actis ad Eusebium undique asportandis, ut adfirmat Florentinus, jam non quicquid in Republica Romana gestum sit erga Sanctos Dei, non Provinciarum omnium Romanorum, sed unius duntaxat Provinciae Acta ad Eusebium Regio jussu missa essent.

III. Ne-

III. Neque ad Provinciae Praefectum, neque ad Praefectos Provinciarum Constantinus ait, se literas dedisse, sed *πρὸς τὸν πᾶσι διοικῆσαι καὶ θελοῦναι*, hoc est, ut recte Valerius ad *Rationalem Dioecesis*. Quem enim Latini a curandis rationibus Rationalem sequiorum Latinitatis aevo dixerunt, Graeci *καθολικὸν* adpellant: quod Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 10. in Macrianum argutus innuerat. Ad hos autem Rationales, qui rationibus Principis in Dioecesi praerant, literae mittebantur, quum quid ex aerario Principis esset erogandum, ut perspicuum in Epistola ejusdem Constantini ad Caecilianum Carthaginensem, apud Eusebium lib. 10. cap. 6. *Litteras dedi ad Ursulum Ilerisistum Rationalem Africae: καθολικὸν πᾶσι Ἀφρικῆς: εἴque significavi, ut gravitati tuae tria Tertuntianorum millia numerari curet*. Igitur Constantini literae id tantum mandata Rationali, ut furtus ad Codicum adparatum necessarios suppedicaret: *ὅπως ἀπαρτα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπῆν αἰσὶν ἐπιτιθῆνα ἑξασχῆν θρησκείας*: non ut Aëta Martyrum Caesaream mitteret, quae neque apud Rationalem adservabantur, neque ad illius curam pertinebant.

IV. Constantinus quinquaginta Divinarum Scripturarum Codices Eusebio quam diligentissime & elegantissime describendos mandavit ad usum Constantinopolitanae Urbis, in qua confertaneum videbatur, ut plures construerentur Ecclesiae, crescente Christianorum multitudine, ut literae Imperatoris testantur. Constantinopolis autem aedificari coepit anno 328. secundum Petavium, in cujus sententiam frequentiores discesserunt Chronologi; vel anno 329. secundum Tillemontium, qui priorem sententiam communiorem quidem fateretur, sed posteriorem firmioribus argumentis innixam. Epistola igitur Constantini ad Eusebium de Codicibus describendis data est, postquam historiam ille abfolverat, multoque postea quam collectionem Martyrum ediderat; ac proinde frustra in Constantini literis quaerit Florentinus edictum de Aëtis Martyrum ad Eusebium adferendis.

Luculentissimum pro Epistola Hieronymi testimonium est Cassiodori, idemque omnium antiquissimum, quod Martyrologos recentioris memoriae doctissimos in eam sententiam adduxit, ut adfirmarent, aut interpolatam ad nos pervenisse, ut Saussejus, aut penitus intercidisse Hieronymi Epistolam ad Heliodorum, & Chromatium a Cassiodoro laudatam, ut Jo. Baptista Sollerius in Praefat. ad novam Ufuardi edit. cap. 1. art. 1. §. 2. num. 15. Monachos igitur ad pias exercitationes adhortans Cassiodorus cap. 32. Divinarum Lectionum: *Futuræ*, inquit, *Beatitudinis mores, Vitae Patrum, Confessiones Fidelium, Passiones Martyrum legite constanter, quas inter alia in Epistola S. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata reperietis, qui per totum terrarum Orbem florerunt; ut sancta imitatio vos provocans ad Caelestia Regna perducat*. His verbis Martyrologii sui Occidentalis lectionem a Cassiodoro commendari contendit Florentinus, usque Epistolae, quam excutimus, fidem ac sinceritatem vindicari. Quorum mihi quidem neutrum probatur. Nam Cassiodorus eam lectionem Monachis suadendam suscepit, ex qua idonea Vitae sancte instituendae documenta adriperent, cujusmodi fructum ex vitis Patrum, confessionibus Fidelium, & passionibus Martyrum illis pollicebatur; neque earundem Historiarum lectionem qualemcumque, sed constantem insinuat. Quod in Martyrologium Florentinianum cadere non potest, ex cujus nimirum lectione, etiam millies repetita, nihil aliud additas, quam eodie Martyres aliquot obisse, plerumque nec mortis genere, nec loco ipso passionis expresso. Quare ipsi Florentinus in admonit. praevia 5. dicitur *Martyrum Nomenclator*. At Cassiodorus quum ait: *Passiones Martyrum legite constanter*, non publicam in Divinis Officiis, sed privatam lectionem spectabat, ex qua pietatis ac fortitudinis exempla Monachis suppetere. Quam etiam lectionem S. Nilus Monachus Epist. I. lib. 4. suadebat Discipulo suo *Ἀναγιγνωσκὴ τῶν βίαι ἀδελφῶν, μαρτυρικῆς, καὶ τῶν βίαι πατέρων, αὐτῶν τῶν γρηγορικῶν, καὶ πολλῶν ἁγίων κατὰ τὸν καιρὸν: Lege novum Testamentum, & Aëta Martyrum, & Vitae Patrum cum dilectis Seniorum, magnumque ex ea lectione capies fructum*. Quod quam longe ablit a Florentinii Martyrologio sola illius lectione constabit. Idque ut Lectorum oculis subjiciam, unum aut alterum ejus diem, in quam, haec scribens, forte incido, describam: *Kalendis Martii: Natalis Sanctorum Leonis M. Abundanti. Adrafi. Carafi. Nicofori. Donatellae. Et*

CAP. IV.  
Cassiodori te-  
stimonium de  
Hieronymi E-  
pistola expe-  
ditur.

*aliorum. In Africa Avriani. Victuri. Secundilae. Massilia Hermetis. Gittbei. Felicis. Enuculi. Januarii cum aliis 24. Andegavis Civitate depositio S. Albini Episcopi. Rufus VI. Nonas Martii. Natalis Jorgii, Herolii Absalomii. In Caesarea Cappadociae Lucii Episcopi. Primitivi. Secundolae. Januarii. Quid ex hoc nomina indiculo Monachi haurirent, quo Monallicas exercitationes & Christianas virtutes alerent, ego certe non video.*

Puto igitur aetate Cassiodori Epistolam Hieronymi praefixam fuisse Passionalibus, sive collectis Martyriorum historis, eoque factum esse, ut Cassiodorus in Epistola Hieronymi Passiones Martyrum legendas Monachis indicaret. Usus enim invaluerat, ut non solum illustrium Scriptorum nominibus famam & auctoritatem spuris operibus conciliare niterentur impostores, sed Epistolas quoque eorumdem confingerent & obtruderent; quod praesertim Hieronymo ob celebritatem eruditionis & multiplicem sacrarum rerum scientiam contigit. Ita, qui vitas Pontificum, & Canonum collectiones passim exstantes consarcinarent, Epistolas Hieronymi & Damasi, nec non Augustini, & Hieronymi supposuerunt, & praescripserunt, ad quarum exemplum adcedunt Epistolae, de quibus disputamus.

Cassiodorus igitur quum in fronte sui Passionalis exstantem Hieronymi epistolam haberet, totam illam Passionum collectionem Epistolae nomine indicavit. Nam Epistolae nomine consignatos fuisse Commentarios ipsos & Libros, qui ad alios mitterentur, quorum rogatu conscripti essent, sive quibus essent more Epistolarum inscripti, jam est doctis Viris observatum in libro Cypriani de Unitate Ecclesiae, in opere Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis, & in libro adversus Helvidium: cujus consuetudinis rationem adfert Augustinus lib. 2. Retract. cap. 20. de duobus libris ad Inquisitiones Januarii: *Quorum, inquit, prior Epistola est; habet enim in Fronte, quos ad quem scribat.* Quomobrem quum Passiones Martyrum legendas in Epistola Hieronymi laudat Cassiodorus, non Pseudepigrapham epistolam Passionalibus praefixam, sed Passionale ipsum Epistolae adpellatione designatum commendat. Ac propterea quum Baronius suppositae Epistolae auctoritatem explodit, non refragatur Cassiodoro, Passionum lectionem suadenti.

At dicat quis, Epistola Hieronymi diserte adfirmat, in ea collectione non fuisse explicatum quid quispiam, & a quo passus sit, quorum suppliciorum genere coronatus. Quae verba Florentinius in rem suam expendit, ac Valesius Romani Martyrologii antiquitati objecit; proindeque non potuisse epistolam illam superioribus Martyrum passionibus, sed contractioribus tantum Martyrologiis praemitti. Atqui hoc argumento nedum non adducor, ut credam, Cassiodorum ad legenda constanter nuda Martyrum nomina Monachos fuisse cohortatum; sed novum potius Epistolae vitium deprehendo, hanc nimirum Eusebiani operis fabulam fuisse pro collectionum diversitate aliter atque aliter interpolatam. Ac Passionalibus quidem jam aetate Cassiodori praefigi consuevit fabulam de omnium Provinciarum Martyriis ab Eusebio enarratis; in Martyrologiis vero additum fuisse brevitas praetextum, ad avertendum scilicet Lectoris fastidium. Quod ipsum imposturam rursus detegit eo argumento, quo passim interpolationes in veterum libris deprehendi solent; quod videlicet cum authoris proposito, vel oratione non cohaereant. Quum enim Chromatii & Heliodori votis singulorum mensium, singulorumque dierum festa & Martyrum nomina, in quorum memoria Sacrificium offerretur, se conscripsisse Pseudohieronymus profiteatur, addit: *Considerans inter innumerabiles turbas lektoris animum intra unum mensem posse lassescere &c.* Quid haec ad lectorem, si in Sacrificio memoria Martyrum recolenda erat? An vero de Clerico lectore loquitur, qui Ecclesiasticas Scripturas in Conventibus recitabat? At quorsum prolixitas mensis, si non simul eodem die nomina, & acta totius mensis recitanda erant, sed per dies singulos ea dumtaxat, quorum memoria incurtebat? Nec dubito, quin sola Epistolae lectione quisquis videret breviter, ejusque rationes importune inculcatas, & Martyrologii characteres praeter Chromatii & Heliodori postulationes studiose adcurateque descriptos, ad nostram de fabulae interpolatione suspicionem adcedat.

Si cui vero conjecturae nostrae minus probentur, & Cassiodorum velit siccam illam jejunamque Martyrum nomenclaturam Monachis constanter legendam proposuisse; fuerint quidem Epistolae quales nunc habemus praescriptae Martyrologio, quo Cassiodorus utebatur; sed ita tamen, ut non omnia Martyrologia illas praeferrerent. Nam procul dubio iis, quae Romae usui erant tempore Gregorii, fabulae hujusmodi non haerebant; quum ignoraret Pontifex Sanctissimus, quae de Eusebii opere, ex fide nimirum Pseudohieronymi scripserat Eulogius. Utrum autem Cassiodorus Epistolae illius *rebus* subodoratus fuerit, admirare non audeo; scimus enim, supposita scripta quae primum in lucem emerferunt, doctissimis etiam Viris illulisse, quae procedente tempore salutaris comperta sunt.

Antequam sermonem de suppositis Epistolis dimittamus, locum Antipatri Bostrensis lib. 1. adversus Apologeticum Eusebii pro Origine praeterire non debemus; ubi tamen de Actis Martyrum Constantino jubente Caesaream adveſtis verbum nullum faciat, agnoscit tamen, Eusebium ad scripta colligenda Imperatoris ope adjutum. *Ego vero, inquit, Eusebium quidem plurimarum rerum scientia instructissimum fuisse fateor, nec ex veterum scriptis quicquam illum latuisse. Usus enim Imperatoris subsidio atque suffragio, eum ubique erant facillime potuit congregare.* Βασίλειον ἢ πανεργαχείου, ἐξείλιξ τὰ πνευματικά; ἵνα ἰαυτὸν συνδυῖσι ἰδιώταις: Quae ab eodem suppositarum Epistolarum fonte ducta esse nemo non videt. An vero floruerit ante Cassiodori aetatem Antipater, definire non audeo. Claruisse circa annum Christi 460. scribit Cave. Sed Petrus Daniel Huetius lib. 2. Origenianorum sect. 3. num. 17. *De huius Antipatri aetate, inquit, diu ac multum mihi quaesita id solum haec tenus potui deprehendere. Eusebio, quem sugillat, recentiore fuisse; Joanne Damasceno, a quo laudatur, vetustiorum.* Quin autem ille scripserit, postquam Epistolae confectae fuissent, & manibus legentium tereretur, non ambigo. Plurimarum autem rerum scientiam & veterum Scriptorum cognitionem, quam laudat Antipater, non a fabulosa, Constantini suffragio, facta collectione hausit Eusebius, sed partim a doctorum Virorum consuetudine, Dorothei praefertim & Pamphili; partim ab addiditate versandi instructissimam Pamphili Caesariensem Bibliothecam, & Hierosolymitanam ab Alexandro Episcopo conditam, quam sibi adjuumento fuisse, memorat lib. 6. cap. 20. Ait tamen sero nimis sapere coepisset Eusebius, si Constantini opem ad scripta comparanda praefolari debuisset. Libri enim, in quibus suam Eusebius lectionem eruditionemque multiplicem celebravit, nimirum Chronica, Demonstratio, ac Praeparatio Evangelica, & Historia Ecclesiastica, conscripti sunt multo ante, quam Constantianus auctoritatem operamque suam Eusebio commodare potuisset.

Qui Epistolae Pseudohieronymi fidem sequuntur ac tuerent, maxima difficultate laborant, ut se a gravissimo Baronii argumento explicent. Nimirum fuisse immensae molis futuram collectionem illam, ac tot libros impleturam, quot capere vix totus mundus potuisset, si omnium Provinciarum, quacumque Romanum Imperium patebat, Martyrum Acta collegisset, & Passiones enarrasset Eusebius. Nos autem fabula Imperatoriae jussionis, Actorumque ad Eusebium undique convectorum ad liquidum jam perducta, molem ejus Collectionis, quam Eusebius ipse memoravit, ex ejusdem Operibus investigabimus.

Ac primum Eusebii ingenium nosse oportet. Is enim quum satis diligens laudator esse soleat operum suorum, & ad eorum lectionem studiosos subinde rejiciat, ut jam observaverat Valeſius in Praefat. de Vita & Scriptis Eusebii; ubi hoc argumento conjicit, libros contra Porphyrium fuisse post Historiam Ecclesiasticam ab Eusebio elaboratos, quia nimirum lib. 6. Hist. quum Porphyrii locum contra Christianos aduſisset, librorum suorum mentionem nullam fecerit. Quum, inquam, hoc fuerit in more positum Eusebio, idque fecerit in Martyrio Pionii, Apollonii, & Lugdunensium, non temere putamus, illum fuisse collectionem suam indicaturum, si quae Acta in ipsam contulisset, quae insignes Martyrum victorias complecterentur, aut ad illustrandam Persecutionum, quas describebat, historiam conferreat. Age igitur Eusebium de Persecutionibus ante Diocletiani tempora differentem aedamus, ut ex ipso discere liceat, quanam Acta collegisse vide-ri possit.

CAP. V.  
Quid de Eusebiana Collectionis mole & interitū pronuntiandum?

Martyrum quidem, qui sub Marco Antonio Vero immani Perfectione saeviente occubuerunt, preter eos, qui in Galliis decertarunt, quorum Passiones se collegisse ait, nulla videtur Acta habuisse, quum scribat in Prooemio lib. 5. *Annus agebatur septimus decimus Antonini Veri. Quo tempore quum in nonnullis terrarum partibus violentior adversus nostros persecutio commota esset ex incurfione popularium, innumerabiles prope Martyres per universum Orbem emittisse, ex iis, quae in unica Provincia contigerunt, conicere est.* Si tot illorum Martyrum Acta collegisset, non conjecturam a Gallis Martyribus ductam, sed Actorum fidem adlegasset, sicut Gallicana Martyria ex Actis recitat, & in Actis ab se collectis plenius legenda docet. Nullius praeterea, qui sub Commodo coronatus est, Martyris, praeter unius Apollonii, quem in suam ἀναγραφὴν coniecisse ait, videtur Acta collegisse. Quamquam enim Apollinaris Hierapolitani verba de Martyribus Cajo, Alexandro, aliisque recitat, de illorum tamen Passionibus nihil addit.

In Perfectione Severi per omnes ubique locorum Ecclesias ab Athleticis pro pietate certantibus illustrata sunt confecta Martyria, inquit initio lib. 6. Sed utrum Acta illorum apud se habuerit, nullo iudicio licet arguere. Ex discipulis quidem Origenis sex Martyrio functos narrat; sed unde eorum exitum acceperit, non docet; imo quantum, cui nomen Sereno, diserte fateretur capite truncatum, fama teste, se scribere; αἱ λόγος ἔχει: Heroidem vero, quam sexto loco memorat, ex Origenis scriptis didicit, igni absumtam: ὄσση φησὶν αὐτῆς. His septimum adcenfer Basilidem, eique Potamianam; quam vocat celeberrimam, adjungit; utriusque autem Martyrium ex aliorum sermonibus, non ex Actis se exponere non obscure significat. Cap. 28. ejusdem lib. 6. de Maximini Perfectione scribens, nullum in eo Martyrem adpellat; sed Ambrosii dumtaxat, & Protoctati confessionem laudat ex aliorum dictis: κατὰ γὰρ λόγους.

De Martyribus sub dira Decii Perfectione nihil adfert praeter Epistolas Dionysii Alexandrini ad finem usque lib. 6. Itemque de Galli Perfectione initio lib. 7. non aliter Martyres explicat sub Valeriano lib. 6. cap. 10. quam verbis ejusdem Dionysii, post cujus longa & insignia de Martyribus fragmenta narrat cap. 12. Prisci, Malchi, & Alexandri Martyrium; sed rumoribus & fama acceptum, ut verba illa insinuant: Τῶντος φησὶ κατ' ἀγῶνι ἀκρόντης &c. His quartam mulierem ne nomine quidem sibi notam ex aliorum narrationibus: Ἐτι φησὶ τὴν ὄντως γυναικὴν κατὰ τὴν αὐτῆν δ' ὁμοίωσιν ἐκ τῆ αὐτῆ πόλιν, τὴν ὄνομα ἰσορῆσιν ἀγῶνα ἀπὸ λυκίας. Praeter hos mulierem quandam in eadem Civitate (Caesarea) Perfectionis hujus tempore simili certamine perfunctam narrat. Quae de Marino Caesarea Palaestinae functo narrat cap. 15. potuit ex Actis, in patria nimirum sua Eusebius haurire, sed adfirmare non habeo. De fratribus per pestem, genere quodam Martyrii, exstinctis cuncta refert verbis Dionysii. Atque haec de Martyribus, qui ante Diocletiani Perfectionem occubuerunt, quos antiquos adpellat, habet ille in Historia Ecclesiastica.

Quid igitur? Solos eos Martyres, quorum Acta in Collectione legenda memorat Eusebius, dicemus Syllogen illam antiquorum Martyriorum implevisse? Certe non videtur. Nam praeter Epistolam Ecclesiae Viennensis, ac Martyrium Pionii & Apollonii nihil aliud collegisset atque edidisset Eusebius. At vero quum in Ecclesiastica Historia saepe scribat, in diversis terrarum partibus innumeros Martyres partim incurfione popularium, partim edictis Principum & Praesidum, ac Judicum sententia coronatos, facile putamus, non id ex incertis rumoribus, aut poetica licentia, sed Historica fide ex scriptis narrationibus, aut Ecclesiarum Epistolis, aut publicis tabulis adfirmasse, nisi forte, ubi testibus ac monumentis ejusmodi destitutus non alios se auctores praeter publicam famam habere significat. Praefertim quum certatim Christi fideles tunc temporis Agones Martyrum, quibus intererant, scriptis mandarent, aut a Notariis scripta coemerent, & cum aliis Ecclesiis communicarent. Quae sicut ad nos pervenire non exiguo numero potuerunt, ita quin potuerint ab Eusebio in eam curam diligenter incumbente colligi non dubitamus. Quod autem solam Viennensium; Pionii, & Apollonii Historiam ex Collectione plenius cognoscendam lectoribus insinuet, narrationum illarum prolixitas, rerum gestarum praestantia, & insignis monumentorum claritas fecit; ubi vero Acta erant, cujusmodi supersunt plurima, quae consuetas Praesidum interrogationes, Martyrum respon-

responsiones, latam sententiam, inlatamque necem, neque aliud praeferrea, quod peculiariter mentione dignum esset, complectebantur, Persequutorum faevitiam commemorasse, & Martyrum multitudinem ac fortitudinem laudasse contentus fuit.

Conjecturam igitur ex adlatis Eusebii testimoniis facientes, haud temere, ut mihi quidem videtur, adfirmare licet, Codice uno, nec sane magnae molis, toram illam Martyrum Collectionem constituisse; praesertim quum Eusebius idem, ubicumque suam Collectionem indicat, semper veluti Codicem unum designat; ac de Lugdunensium Epistola mentionem faciens, ait: *Μετὰ χηρῆς ἀγαλαβῆτι τὸ σύγγραμμα, ὅσα ἀπὸ τῆς ἡμετέρας συναγωγῆς περὶ ἡμῶν κατέλειπται: In manus autem sumere* Commentarium Collectioni insertum, aperte innuit, eam fuisse Collectionis molem, quae posset in manus sumi. Quod si addere lubear mss. Codices, praesertim antiquioris scripturae, fere majoribus characteribus, quam nostrates, fuisse exaratos, haud multa potuerunt uno illo Codice, qualem Eusebius innuit, Acta contineri.

Ut autem ad Collectionis interitum iacturamque deveniamus, praefari oportet, non eandem esse de Collectionibus, ac de aliis illustrium Scriptorum Commentariis dispersis cognoscendi iudicandique rationem. Si enim Acta modo supersint, etsi dislocata, & divisa, & seorsim edita, συναγωγῆς perierit non erit dolendum. In Collectionibus siquidem, quae singulis Actis coagmentatis conflatae sunt, in quibus Collectoris neque ingenium, neque iudicium, neque doctrina in scribendo adparet, complexio illa & coagmentatio, praeterquam ad lectoris commodum minimi refert, iisque addidere potest, quod in fluminibus passim usavenit, ut in minores alveos derivata sine ullo aquarum derrimento nomen amittant. Fieri igitur potuit, ut Eusebianae Collectionis Acta, alia fortasse ab aliis descripta in recentioribus Collectionibus superessent, etsi nusquam Eusebii nomen sibi praescriberent, quod nimirum ne ipsa quidem Eusebii aetate sibi praescriperant, ut est a nobis superius observatum. Consueverunt enim Christiani pro vario pietatis studio alii sibi alias Martyrum historias exscribere, vel quod Martyris cuiuspiam patrocinio magis considerent, vel exemplis magis adficerent, aut Reliquias apud se haberent; ut proinde Acta Martyrum per vices temporum primum quidem apud Ecclesias aut privatos dispersa, deinde studiosiorum solertia in unum collecta, rursus vero in privatam utilitatem seorsim exscripta, aliisque subinde inquirentibus & colligentibus iterum in Passionalium corpus digesta, & compacta, utrimque laudabilem Christianorum contentione ad Sanctorum memoriam cultum imitationemque testentur.

Quamobrem Eusebii Collectionem interiisse temere dolebit, qui non possit certo adfirmare, quanam Acta, quibus modo caremus, in illa continerentur; nam aliter vel interiisse lugebit, quod nunquam exstitit, vel amissum dessebit, quod prae manibus habet. Porro Acta plurima Eusebianae Collectioni abfuisse, nec illam magnae molis fuisse, ex ipsa Eusebii historia deduximus. Contra vero Acta existant plurima, quae dubitare nemo debeat, quin potuerint in eam Collectionem comprehendi. Nam Claudii Asterii, Mamantis, Nicephori, aliorumque praesertim Asiaticorum historias, quas ab Henschenio, Mabillonio, Cotelerio, Ruinartio vindicatas habemus, quis inficietur, ab Eusebio colligi potuisse? Aut quis praefraete negaverit, potuisse ab illa ipsa toties memorata Eusebii Collectione ad nos propagari? quae quum nihil prae ceteris insignis & infuetum memoriae proderent, propterea fortasse nusquam ab Eusebio memorata leguntur.

Tota proinde deploratae iacturae summa ad terna illa Acta redit, quae Collectioni inserta fuisse, Eusebio teste, dicimus, Lugdunensium, Pionii, & Apollonii, quae quum insignia fuerint, ut supersites reliquiae ostendant, non sui modo, sed totius etiam Collectionis desiderio posteritatem adfecerunt, veluti cetera quoque Acta pari rerum gestarum claritate insignita essent. De istorum igitur vicibus & fato pauca subjiciemus, ut quoad ejus fieri potest, aut desiderii acerbiteriam leniamus, aut iacturae gravitatem ad liquidum perducamus.

Ac primum quidem sua opinione fallitur, qui deperdita luget Acta Pionii; quum adhuc in Collectionibus, etsi tantum Latine, supersint; quae nimirum ex Simeone Metaphrasae ediderant Lipomanus, Surius, & Bollandus ad diem primam Februarii; emendatio vero Theodorici Ruinartus ad quatuor mss. Codices exacta novissime vulgavit



ex antiquissima interpretatione, quae ipsi visa est aetatem Metaphraetae superare. Hunc autem esse Commentarium illum, sive Epistolam, quam Eusebius in sua Collectione legendam indicaverat, ejus verba demonstrant, quibus summa capita rerum recenset ac repraesentat, quae cum Actis superfluitibus ad amussim conveniunt: *Cujus singulas, inquit, confessiones, ac libertatem in dicendo, utque coram populis ac Praejudibus pro fidei nostrae defensione peroraverit; conciones item de Institutione fidei, praeterea hortationes atque invitationes ad eos, qui persecutionis tempore lapsi fuerant; adloquutiones etiam & consolationes, quas in carcere positus aduentibus ipsum fratribus adhibuit; quae super his tormenta, quantosque dolores sustinuerit, clavorum insuper confixiones, & mirabilem in medio rogo constantiam, mortemque denique post res omnes admirabiliter gestas quum plenissime Epistola de ipso conscripta contineat, eos, qui volunt, ad ipsam amandamus antiquorum Martyris a nobis collectis insertam.* Qui autem Acta legerit, quin ad ipsa digitum Eusebius intenderit, non dubitabit.

Integram vero Lugdunensium Martyrum Epistolam usque ad seculum Christi septimum, & Gregorii Turonensis aetatem existisse argumento esse potest, quod ipse Gregorius de Gloria Martyrum cap. 49. & post eum Ado, & Notkerus ad diem 2. Junii non solum nomina octo & quadraginta Martyrum eo certamine sanctorum referant, sed in ordines etiam pro diverso mortis genere dispersant, quod ab Epistolae illius narratione haussisse videntur. Nisi forte, quod mihi similis vero est, praeter Epistolam Lugdunensium, Acta quoque post eorum Martyrum triumphum conscripta sint, in quibus & mortis genera & Sanctorum nomina fuerint consignata. Hanc conjecturam adstruunt Acta sincera SS. Alexandri, & Epipodii apud Bollandum & Ruinartum num. 2. ubi de Lugdunensibus Athletis legimus: *Quorum plurimi distinctis passionibus atque nominibus ad succedentium memorias pervenerunt. Nam post vastissimam Martyrum stragem, & saevientium passionum crudelitatem, de qua etiam Christi sumuli, quos tunc illustrissimae Urbes Vienna & Lugdunum tenebant, ad Ecclesias Asiae & Phrygiae scripta miserunt &c.* Quibus verbis praeter Epistolam alia indicantur Acta, per quae distinctis ordinibus & nominibus ad posteritatis memoriam Martyres pervenerint.

Apollonii Martyrum, quod in sua etiam Collectione emiserat Eusebius, procul dubio legisse Hieronymum putamus. Nam Senatorem illum fuisse scribit; quod quum tradere omiserit Eusebius, non aliunde, quam ex Actis haussisse videtur Hjeronymus. Nec Josephum Scaligerum probamus Hjeronymo refragantem, quod nimirum non fuisset Eusebius Senatoriae dignitatis mentionem praetermissurus, si ea insignis fuisset Apollonius. Quum enim res illius & orationem in Senatu habitam in sua Collectione cognoscendam scripserit, inde putavit, personam ac dignitatem Lectoris posse innotescere. Praeterea quum Eusebius in historia nomen non exprimat nebulonis illius, a quo delatus fuerat Apollonius. Severo illi nomen fuisse scribit Hjeronymus, quod ex jisdem Actis accipisse non dubitamus. Utcumque autem post Eusebium tam Epistola Lugdunensium, quam Apollonii Acta superfuerint, certe praeter Eusebiana fragmenta nullum eorum extat iudicium; fortasse nimirum, quod praeter excerpta illa nihil haberent praeclarior: quod mihi quidem, praesertim de Lugdunensium epistola valde probatur.

Ex his, quae haecenus deduximus, consequitur, non aliam superesse jacturae faciendae rationem, praeter eam, quam immortalis memoriae Clemens XI. sapienter injerat, si qua scilicet Martyriorum monumenta externis linguis consignata, & in remotarum regionum latebris sepulta delitescant, inquirendo. Etsi enim frustra esset, operamque abuteretur, qui fore speraret, ut in Collectionem Eusebianam quaerendum incidere; merito tamen laetari debet quisquis ea monumenta nanciscatur, quae si minus adfirmare, suspicari saltem possit, Eusebio fuisse aut collecta, aut cognita; vel certe digna, quae in perulgatam illam Collectionem infererentur, quaeque ejus Collectionis qualem demum cumque jacturam supplere possint.



## ADMONITIO

In Martyrium SS. LUCIANI, &amp; MARCIANI.

**A**cta SS. Luciani, & Marciani Martyrum, quae ex altera Codicis I. Chaldaici Nitriensis Vaticanæ Parte, cui Titulus est: *Acta Martyrum Occidentaliū*: in lucem proferimus, duas in partes dividi possunt. Prima ea continet, quae pius, & fidelis Auctor aliunde quam ex Actis publicis didicerat, quaeque ipsi Actis praemisit, ut non solum horum Martyrum passionem, sed & miram eorum conversionem, ac poenitentiam ad posterorum notitiam transmitteret. Altera vero narrationis pars Acta ipsa complectitur, quae heic videntur referri, prout a Notariis publicis excepta sunt.

Ea Mombritius omnium primus typis vulgavit, & ex eo, ac duobus perverustis mss. Codicibus, quorum unus est Bibliothecae Colbertinae, alter vero insignis Monasterii Benedictini Silvae-majoris in Dioecesi Burdigalensi Theodorici Ruinartus, cui praecipua hujus Admonitionis capita debemus. Utrobique autem eadem Acta obscuro adeo, atque barbaro stylo sunt conscripta, ut vix, ac ne vix quidem pluribus in locis germanum eorumdem sensum percipere se posse, fateatur Tillemontius, Vir ceteroquin doctissimus. Haec vero, quae prae manibus habemus, quamquam injuria temporum ad calcem lacera, ac proinde mutila, litem de tempore, & loco horum Athletarum Passionis componere nequeat; ob narrationis tamen dignitatem, verisimilitudinem, contrastamque rerum gestarum seriem, ea esse videntur, quibus ceu genuinis atque autographis Actis fides adhiberi merito possit. Nihil enim in illis, quod primigenium textum non redoleat, non prae se gerat: quibuscum tamen vulgata a Mombritio, & Ruinarto facile concordarent, si rudes rerum exaggerationes demerentur, inverisusque natus autographorum Actorum orationis contextus restitueretur. Nonnullos id generis lapsus in Adnotationibus mox adjiendis designabimus; alios vero, quemadmodum, & non mediocres ab Actis nostris discrepantias, benevoli Lectoris diligentiae expungendos, consulto relinquimus.

Quamvis autem SS. Luciani, & Marciani Martyrii historiam Graecis hucusque ignotam esse, ex alto & Menaeorum & Menologii Basiliani silentio evincatur; eorum tamen memoria in omnibus fere Latinorum Martyrologiis celeberrima semper fuit. Et Romanum quidem Martyrologium ad diem vigesimum sextum Octobris haec habet: *Nicomediae Sanctorum Martyrum Luciani, Florii, & Sociorum*. Quem in locum adnotat Baronius, Luciano a Beda addi *Marcianum, utriusque vero Acta exstare apud Mombritium Tom. 2. Vit. Sanctor.* Porro Acta, quae a Mombritio loc. cit. exhibentur, non alia certe sunt, quam haec ipsa, quae ex Codice I. Nitriensi Chaldaico eruta heic Latinitate donamus, ut ea conferenti luculenter patebit. Bedae, & Mombritio praeverat S. Hieronymus in antiquis Martyrologiis, quae ejus nomine circumferuntur. Is enim, & ceteri Martyrologi, qui ipsum exscribere, uti Florus Ecclesiae Lugdunenensis Diaconus, tradunt ad eundem xxvi. Octobris diem, Sanctos Lucianum, & Marcianum, in rogum conjectos, Nicomediae Martyrii lauream circumfuerunt. Is enim, & ceteri Martyrologi, qui ipsum exscribere, uti Florus Ecclesiae Lugdunenensis Diaconus, tradunt ad eundem xxvi. Octobris diem, Sanctos Lucianum, & Marcianum, in rogum conjectos, Nicomediae Martyrii lauream circumfuerunt. Is enim, & ceteri Martyrologi, qui ipsum exscribere, uti Florus Ecclesiae Lugdunenensis Diaconus, tradunt ad eundem xxvi. Octobris diem, Sanctos Lucianum, & Marcianum, in rogum conjectos, Nicomediae Martyrii lauream circumfuerunt. Huic Martyrologio ad stipulatur Romanum, a Petro Galefio editum. quod ad praesignatum diem Octobris vigesimum sextum haec profert: *Nicomediae Sanctorum Martyrum Luciani, Marciani, Floriani &c.* Concinit & aliud Martyrologium Bibliothecae Barbarinae de Urbe, quod inter additiones ad Bedae, & Flori Martyrologia ediderunt Socii Bollandiani Tom. 2. Martii. Ad eum quippe xxvi. diem mensis Octobris festum SS. Luciani, Marciani, & Flori celebrat ipsissimis verbis: *Nicomediae, nempe, Natalis Sanctorum Martyrum Marciani, Flori, & Luciani, qui tempore Decii Imperatoris igni traditi sunt sub Sabino Proconsule.*

Ex praemisitis itaque jam extra omnem controversiam constitutum est, quo in loco Lucianus, & Marcianus Martyres occubuerint, Nicomediae, scilicet; nisi Galefius

Vulgatis apud Latinos haec Acta praefata.

Eorū memoria apud Graecos desideratur.

Celebris tamen apud Latinos.

Martyrii loco.

ad praefatum diem Octobris vigesimum sextum eos a nostris Nicomediensibus distinguere videretur . Ibi enim praeter illos Martyres, quos cum ceteris Martyrologiis Nicomediae passos refert, eodem die post aliquorum Martyrum Africanorum commemorationem haec de aliis subdit : *In Africa sicut Beatorum Martyrum Luciani, & Marciani, qui in ipso etiam Decianae Persequutionis impetu pro fide dimicando, invicta pietatis defensione coronantur* . Nonnihil etiam nobis negotii facessit laudatum Bibliothecae Barbarinae Martyrologium, quod licet vigesimo sexto Octobris die SS. Luciani, & Marciani memoriam recolat; praecedenti tamen die, jam *Passionis Sanctorum Luciani, & Marciani* meminit . Hispanorum denique Martyrologii Author, Tamayus Salazarius ad diem 26. Octobris contendit, Lucianum, & Marcianum, de quibus praefens est quaestio, Cives fuisse Urbis Vicensis in Tarraconensi provincia, in eaque Martyrium consummasse, quorum etiam sacras Reliquias ibi haecenus exstare observat . Id autem probare sibi videtur ex illius Urbis Ecclesiae traditione, quam ex ipsius antiquo *Breviario, ex vetustissimo Flore Sanctorum MS. atque ex Scriptura in Archivo ejusdem Ecclesiae reperta* deducit . Salazario suffragatur Ferrarius, qui in Catalogo Generali Sanctorum eodem die 26. Octobris sic habet : *Vici in Hispania Sanctorum Martyrum Luciani, & Marciani sub Decio* . Quod in Notis se ex Tabulis Ecclesiae Vicensis accepisse testatur . Porro Vicus, vulgo *Vich*, urbs est Cataloniae parva quidem, sed Episcopali sede oruata . Ejus Antistes faepius *Aufanus Episcopus* dicitur, quod Aufae, celebri olim Urbi, Vicus successerit .

Verum I. Galefinius, & Author Martyrologii Bibliothecae Barbarinae cum Martyrologio Romano adprime consentiunt, Sanctorum Luciani, & Marciani Martyrii locum Nicomediam discretissime designantes . Quum autem alios ejusdem nominis Martyres alibi laurea redimitos obrudunt, abest immensum, ut exinde Martyrologiorum cum Romani, tum S. Hieronymi, Bedae, & Flori auctoritatem elevent . Quo enim antiquo testimonio suam nuperrimi Scriptores sententiam confirmant, quae nec secum conciliari posset, nisi alios, atque alios Lucianos, ac Marcianos effinxeris, in Deciana Persequutione interemtis ? Secundo Tamayus Salazarius monumento certo haud quaquam innititur, quum illud unum sit, privatum, & Ecclesiae ipsius, quae, ut idem Author affirmat, in Reliquiis eorumdem Martyrum adferendis gloriatur . Quamvis autem Ferrarius in notis ad praesignatum diem dicat, corpora SS. Luciani, & Marciani in Urbe Vico jacere; subscribit tamen Galefianii Martyrologio, in quo hi Martyres in Africa passi perhibentur . Quod quam alienum sit a sublesta Salazarii opinione nemo est, qui non videat . Attramen Tabulas ejusdem Ecclesiae Vicensis inspexerat ipse Ferrarius . Nec quemquam movere debet, quod Martyrologia fere omnia Sanctis Luciano, & Marciano Florum, seu Florianum, aliosque Martyrii Socios adjungant : Acta vero nostra horum dumtaxat duorum mentionem habeant . Qui etenim Luciani & Marciani Acta conscripsit, id unum, sicuti ex ejus Prologo liquet, sibi proposuit, ut beneficentissima omnipotentis Dei misericordia in mirifica horum Martyrum conversione, & poenitentia celebraretur; ac proinde reliquos, si qui fuerint, eorum Martyrii socios, quod tam splendide, cumulateque ad id argumentum minime referrentur, ratus est praetermittendos . Quid quod nec in recensendis Luciani, & Marciani sociis Martyrologi secum conveniunt; Florus enim, & Galefinius unum Florum, seu Florianum iis adjungunt, Martyrologium vero Romanum plures Anonymos designat .

Extempus .

Porro etsi Lucianum, & Marcianum sub Decii Imperatoris Persequutione, quae Octava fuit, & cujus initium anno a Partu Virginis 249 quo utrumque Philippum Decius jugulavit, consignatur, Martyrii palmam adeptos fuisse, inficiari non possumus, quum id in Actis, a Mombritorio, & Ruinaro vulgatis expressum habeatur; quo tamen eorum mors anno contigerit, incompertum nobis est . Paulo certiores de ipsorum Martyrii die essemus, si Codices mss. ex quibus eorumdem Acta Ruinarus protulit, & cum Codice nostro, & cum Mombritorio, & secum ipsi concordarent . Codex enim Silvae-majoris tum in Actorum capite, tum in fine eisdem Martyres VIII. *Kalendas Novembris* passos fuisse, diserte refert, cui & Martyrologium Barbarinum suffragari videtur . Colbertinus autem Codex cum Mombritorio, ceterisque Martyrologiis supra laudatis eorum Martyrium ad diem sequentem rejiciunt . Noster demum Chaldaicus Codex Nitriensis I.

in titulo Actis praefixo, ex calligraphi fortasse incuria, ad 26. Novembris. Ceterum Graeci in Menaeis & Menologio Basiliano, uti & Synaxarium Syrorum, & aliquot Martyrologia Latina cum Romano, Marcianum Martyrem die VIII. Kalendas Novembris celebrant: sed hunc a nostro Marciano alium esse, nemo dubitat. Is quippe est Marcianus Cantor, & Lector Sacrarum Scripturarum, qui cum Martyrio Subdiacono sub Constantio Imperatore, agente Macedonio Constantinopolitanae Sedis invasore, a Philippo Praefecto Constantinopoli interfectus est. Uterque fuerat Beati Pauli, ejusdem Urbis Episcopi, qui & ipse Arianorum insidiis periit, domesticus & contubernalis; de quibus agit Sozomenus lib. IV. Hist. Eccles. cap. 2. & 3. Idem dicti sunt Sancti Notarii, ut scribit Menologium Basilianum, & Gangius observavit lib. IV. Constantinop. Christianae pag. 130. ubi de illorum Ecclesia.

Marcianus a Graecis laudatus, alius a Nicomediensib.

Demum praecavenda est eorum adlucination, qui Sanctum Cyprianum, olim etiam magicae fraudis doctum, cujus memoria in Sacris Ecclesiae Fastis ad diem vigesimum sextum Septembris recolitur, cum nostris hisce Martyribus confunderent. Quamquam enim utrorumque Acta parum a se invicem discrepare videantur; Cyprianus tamen, Diocletiano imperante, Martyrium cum Justina Virgine, cujus opera ad fidem conversus fuerat, consummavit. Praeterea ex Mago quidem Christianus factus, verum inde Diaconus: mox, si fides Tillemontio habenda, Episcopus Antiochiae, ejus scilicet, quae Semiramis dicebatur, quaeque Syriam inter & Arabiam sita, renunciatus fuit, non vero Episcopus Carthagenensis; uti fabulantur Graeci, qui Cyprianum illum, S. Justinae acrem amatorem cum celeberrimo & sanctissimo Ecclesiae Doctore Cypriano Carthagenensi Episcopo perperam confundunt.

Acta Cyprianus ab his omnino diversa.



MARTYRIUM

Sanctorum LUCIANI, & MARCIANI.

Die XXVI. Novembris.

Anno Christi circit 250. sub Decio Imp.

Handwritten text in Coptic script, starting with 'K...'. The text is arranged in vertical columns, reading from right to left. It appears to be a transcription of a portion of the Latin text above.

QUEMADMODUM Natura monstrante videmus e spinis geminare rosas, & cognata vepribus provenire poma; ita Sacrae Literae nos docent, ibi superabundasse gratiam, ubi abundaverat malitia; & ubi dominata fuerat iniquitas, eo justitiam supervenisse. Ubi enim nequitia peccatores ad perpetranda flagitia adlexit, & compulit, ibi gratia eisdem postmodum resipiscentibus fores aperuit ad salutarem poenitentiam.

Scriptoria Prologus.

Rom. 5. 20.

Haec praemisimus, dicturi de Sanctis Martyribus LUCIANO, & MARCIANO, qui velut fructuosae arbores e peflimo solo propriae nequitiae germinarunt, indeque ad egregia facinora cogitationem intendentes, Cedros juxta flu-

Lucianus, & Marcianus Magi.





in terram pene exanimis considerunt : cum Daemonibus procul abactis , secum ipsi de re sua deliberare coeperunt ; superno scilicet lumine eorum mentibus inlampo , atque ab errore ad veram fidem iter monstrante ; sic autem inter se in communi causa differebant : Consentaneum utique nostris rationibus magis fuerit , ut , qui Daemones devicit , suaeque potestati subditos habet , utpote Deo vero ipsi serviamus , & Jesum Christum Filium ejus colamus . Hac itaque rectissima cogitatione usi , reliquum vitae suae tempus in excolenda vera pietate impendere constituerunt .

Jesus Christus  
Filius Dei .

Protinus ergo nefariae artis adparatu , librisque concrematis , ad omnem honestatem , modestiamque se ipsos posthac conformare , atque componere studuerunt ; quaesitoque adeo procul ab urbe , atque ab omni hominum frequentia secessu in solitaria , desertaque loca sese abdentes , magna cum vitae asperitate ibi Deo servire , & contractas praeteritae vitae licentia noxas piis exercitationibus expiare decreverunt \* . His itaque , & ejusmodi moribus diu exerciti , omnibus mortalibus suam in Christum fidem testatissimam facientes , ita demum in timore Dei , atque in sancto proposito confirmati , susceptam Religionem , quamque didicerant , veritatem abscondere nefas esse rati , operam suam ad aliorum utilitatem , atque eruditionem conferre statuerunt . Obvius idcirco quosque seu data , seu captata occasione instituere , & ad veri Numinis agnitionem , cultumque traducere nitentibus , non paucis ipsorum in melius mutationem aegre ferentibus , atque velut de re inaudita , ac pene incredibili stupentibus : qui nimirum fieri potuisset , ut qui modo nefariae artis questu vivebant , & in veneficiis , atque incantationibus continuo versabantur , Daemonumque malorum execrabili commercio implicabantur , repente Christum invocare coepissent ,

4

Christianam  
Fidem praedi-  
cant .

in terram pene exanimis considerunt : cum Daemonibus procul abactis , secum ipsi de re sua deliberare coeperunt ; superno scilicet lumine eorum mentibus inlampo , atque ab errore ad veram fidem iter monstrante ; sic autem inter se in communi causa differebant : Consentaneum utique nostris rationibus magis fuerit , ut , qui Daemones devicit , suaeque potestati subditos habet , utpote Deo vero ipsi serviamus , & Jesum Christum Filium ejus colamus . Hac itaque rectissima cogitatione usi , reliquum vitae suae tempus in excolenda vera pietate impendere constituerunt .

Protinus ergo nefariae artis adparatu , librisque concrematis , ad omnem honestatem , modestiamque se ipsos posthac conformare , atque componere studuerunt ; quaesitoque adeo procul ab urbe , atque ab omni hominum frequentia secessu in solitaria , desertaque loca sese abdentes , magna cum vitae asperitate ibi Deo servire , & contractas praeteritae vitae licentia noxas piis exercitationibus expiare decreverunt \* . His itaque , & ejusmodi moribus diu exerciti , omnibus mortalibus suam in Christum fidem testatissimam facientes , ita demum in timore Dei , atque in sancto proposito confirmati , susceptam Religionem , quamque didicerant , veritatem abscondere nefas esse rati , operam suam ad aliorum utilitatem , atque eruditionem conferre statuerunt . Obvius idcirco quosque seu data , seu captata occasione instituere , & ad veri Numinis agnitionem , cultumque traducere nitentibus , non paucis ipsorum in melius mutationem aegre ferentibus , atque velut de re inaudita , ac pene incredibili stupentibus : qui nimirum fieri potuisset , ut qui modo nefariae artis questu vivebant , & in veneficiis , atque incantationibus continuo versabantur , Daemonumque malorum execrabili commercio implicabantur , repente Christum invocare coepissent ,





Denm con-  
laudant.

7

ratos tortores circumspicientes, alacres in ignem profligare, flammisque undique sepi, gratiarum hymnos Deo decantare coeperunt, qui eos ab antiqua impietate revocatos, ad Martyrii coronam pro sua summa bonitate perduxisset ?

סשה סמנעס ללאס לעבס דעמלס  
געדע לוי סעי דעמעס סעמלס  
לעבס לוי : סלססל סעמלס דעמלס  
דעסעמלס לעבס לוי .

## ADNOTATIONES.

(1) *In eadem Urbe*; Nicomedia scilicet, uti ex Martyrologiis Romano, S. Hieronymi, Bedae, Flori, aliorumque superius ostendimus. Porro Nicomedia civitas Bithyniae, ad Propontidem inter Byzantium 61. & Nicisae 44. mill. pass. a Nicomede condita; ut scribit Strabo l. 12. Postea sub Romanis fuit sedes aliquot Imperatorum. Heic Diocletiano imperante, S. Anthimo Episcopo capite plexo, Palatioque, ut narrat Lactantius lib. de mortibus Periequorum cap. 11. a Galerio per occultos ministros incendio subiecto; quod Christianorum malevolentiae imputatum est; atrox inde adversus eos edictum promulgatum, & ad xx. millia combusta A. C. 303. Postea urbs A. 358. terrae motu subversa est, quum Constantius ibi in gratiam Arianorum Concilium celebraturus esset. Heic quoque obiit Constantinus M. Imperator, qui, teste Eusebio Caesariensi lib. 1v. de ejus Laudibus cap. 61. & 62. quum vellet in Jordane fluvio baptizari, atque idcirco Hierosolymam peteret, morte praeventus, ab Eusebio Nicomedienfi Episcopo, Arianae perfidiae sectatore, Sacris lustralibus aquis ablatus est; uti & Lambecius in fine Tomi v. Bibliothecae Caesareae, & Papebrochius Tom. v. Actor. Sancto. Mensis Maii in Vita S. Constantini Magni pluribus probantur: quod quidem Christianissimi Imperatoris fidem apud nonnullos in dubium vertit. Sed incredibile omnino est, eum Principem, qui per omnem vitam suam Arianum dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu, eo dementiae consentisse, quam summo studio de suo late Imperio prius eliminaverat. *Astachus* olim dicta fuit, Paufania, Ammiano, Cedreno, ac Trebellio Pollione authoribus. Turcis, a quibus capta est A. C. 1338. Urchanis Othomanni filii ductu, hodie *نیکود* *Nicod*, vulgo autem *کومیدیا* *Chomidia* appellatur. Laudes ejus decantat vetus Geographus, a Jac. Gothofredo editus: *Νικομηδία ἢ ἐστὶν ἄντις ὀξέχουσα, καὶ θαυμασι, καὶ ἐν πάσι θεῖς ἀδύνα.* Zosimus itidem lib. I. *Νικομηδίας μνησθεύουσα, καὶ δαδάμουνα δὴ πηλὸν*, καὶ τῆν ἀπαυτοῦ κρηρίας ονομασθέντων. Ibidem, ut & Nicaeae, labente Imperio, officina Monetaria celebris fuit, ut patet ex Constitut. ad Bithyn. lib. I. Cod. Theod. de Murileis, & ex Notis NIC. & NKCO. in num-

mis Anastasi, Justini, & Mauricii apud Car. de Fresne lib. de infer. aevi Numism. Nunc penes deserta est.

(2) In Aetis a Mombritio, & Ruinaro editis habetur: *Famula quaedam erat Dei casta & fidelis, nuptias contemnens, virginitatem custodiens.*

(3) Ibidem: *At illi quaedam magica, vel ut legit Codex Silvae-majoris, quaecumque magica, & plantasma facientes, affigebant Deos suos, ut eis responderent.* Porro occurrit passim apud veteres exempla eorum, qui Magicis artibus Daemones evocabant. Celebre est id, quod ea occasione a Sozomeno lib. v. Hist. Eccles. Cap. 2. & a Theodoro Hist. etiam Eccles. lib. III. cap. 3. de Juliano Apostata referuntur. Quum enim ejusmodi incantationibus operam daret, spectris, quae ad Magorum voces adparuerant, deterritus, quasi in magno discrimine esset, pro Christianorum consuetudine, quam didicerat, se ipsum signo Crucis consignavit, cujus virtute spectra evanuerunt. Vide & Gregorium Nazianzenum in Invektiva adversus Julianum, & Euseb. lib. VII. Hist. Eccles. cap. 10.

(4) Ibidem: *Sic quoque euntes ad Ecclesiam, confessi sunt omnia, quae gesserant. Cumque facti essent Christiani, & postea baptizati, persuasi lumine, omnibus derelictis, loca secreta petierunt. Qui per omne tempus macerantes se, & castigantes corpus suum, confitebantur Domino omnia, quae gesserant: ita se jejuniis, & orationibus affligebant, ut tertio quoque die nihil aliud quam panem, & aquam acciperent. Qui autem Christiani fieri possent, & postea baptizari, aliis id enodandum relinquebant.*

(5) *Ad Praesidem adducuntur.* Is in Aetis vulgatus *Sabinus Proconsul* dicitur.

(6) Deest in Aetis, a Mombritio, & Ruinaro editis, generosissimum hocce SS. Martyrum Responsum.

(7) Ad calcem Actorum vulgatorum haec adnotatio legitur, quam in Codice nostro Chaldaico desideramus: *Passi sunt autem Beatissimi Martyres Lucianus, & Marcianus VII. live ut in Codice Silvae-Majoris scribitur, VIII. Kalendas Novembris, sub Decio Imperatore, & Sabinio Proconsule, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, & gloria, virtus & potestas in secula seculorum. Amen.*

## A D M O N I T I O

In Martyrium Sanctorum VICTORINI, VICTORIS,  
& Sociorum.

**A**cta Sanctorum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Diodori, Serapionis, & Papii Martyrum, quae apud Bollandianos, ceterosque omnes Martyrorum Collectores cum Latinos, tum Graecos, quos videre licuit, desiderantur, eandem ex Codice Nitriensi Vaticano I. eruta, & Latinitate a nobis donata, in lucem haec emergunt.

Porro etsi haec Acta, quorum quidem sinceritas, ac puritas ex ipsa eorum lectione prodit, in Nitriensi Codice hucusque delituerint; eorum tamen eorumque, nonnihil certe interpolatum, in Sacris & Orientalis, & Latinae Ecclesiae Fastis occurrit, in quibus eorumdem Martyrum memoria, diversis licet diebus ac mensibus, celebris semper fuit. Menologium enim Graecorum, iussu Basilii Porphyrogenitae Imperatoris edicum, horum septem Martyrum Elogium ad diem Januarii trigessimum primum ita refert: *Certamen Sancti Martyris Victorini, & sex sociorum. Decio Imperatore fuerunt isti ex Urbe Corinto. Comprehenfi autem, & Tertio Proconsuli traditi, gravissime torti sunt. Victorinus enim cruce oculo dextro, manibusque & pedibus abscissis, in ingenti mortario marmoreo contusus, decessit: Victor praecisa lingua, eadem ratione in mortario contunditur: Nicephorus tamdiu premitur, donec sanguis e naribus erumperet; deinde per capillos suspensus, tandem in eodem mortario conciditur, quoad animam efflaret: Claudianus mutilatis manibus ac pedibus, & suspensus, ex hac vita discessit: Diodorus igne consumtus est; Serapion inverso capite suspensus decollatur: Papias denique manibus pedibusque amputatis, saxo adligatus, in profundum dejicitur.* Haec tenus Menologium Basilianum.

Menaea vero septem hosce Martyres semel atque iterum commemorant. Et primo quidem ad praefignatum diem Januarii xxxi. in haec verba: *Ἡ αὐτῆ ἡμέρᾳ, μνήμη τοῦ Ἁγίου Μαρτύρου, Οὐκίτου, Οὐκίτου, Νικηφόρου, Κλαυδίου, Διοδώρου, Σεραπίωνος, καὶ Παπίου, τοῦ ἐκ Κορίνθου. Οὗτοι ἐπὶ Δικίου τοῦ Βασιλέως διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν συσχεθέντες, καὶ ἀχθόντες Τετάρτῳ καὶ Ἄιδουπατῶ ἐκ Κορίνθου τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑλλάδος δόξασι. ἐκ Κορίνθου ἡ ἀρχὴ τοῦ οἰκουμένου οἱ ἅγιοι μετὰ πλείους αἰτίας καὶ ἀνομιῶν, διὰ φόβου ἰδέσθαι πλάττει. Οὐκίτου τοῦ καὶ Οὐκίτου, καὶ Νικηφόρου ἐκ δαμῶν βλαθόντες ἀπίσταντες τὰς ψυχὰς. Ὁ δὲ Κλαύδιος τραχὺς χῆρος, καὶ πῶδας, τὸ βίβν μνίστη. Ὁ δὲ Διόδωρος τὸ διὰ πυρὸς ἰδέσθαι τίλει. Σεραπίωνος ἡ τὴν κεφαλὴν ἀπνεμήθη. Ὁ δὲ Πάπιας καταποντοῦσθαι δύνουσι τὸ μαρτύριον. Eodem die (Januarii xxxi.) memoria Sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudii, (sic Claudianum corrupte vocant) Diodori, Serapionis, & Papias Corinthobiorum. Hi, Decio imperante, ob Fidei in Christum confessionem comprehensi, & ad Tertium Proconsulem, Corinthus Graeciam Consulari imperio administrantem, adducti. Ex Urbe autem Corinto Sancti emissi; & post plurimos, ac intolerandos cruciatus vario sine vitam clausurunt: Victorinus in mortarium compactus, & contusus, animas edidit: Claudius manibus pedibusque truncatus, vita excessit: Diodorus exciusus: Serapion capite plexus; Papias mersus, Martyrium absoluit. Eadem ferme apud Maximum Cytherorum Episcopum & bios Ἁγίων leguntur. Adduntur praeterea hi versus, quibus tota laudatorum Martyrum Passio indicatur.*

Ὀλομύλη ζῆς σωζήσιντες γαστῆρα  
Ὁφθαλμοὶ εἰς ζῆς, σώματος Κεῖν ἢ μύλη.  
Καλὴν ἀπαρχὴν, Κλαυδίου τῷ Κεῖν,  
Ἐκ σώματος δίδωσι χῆρος καὶ πῶδας.  
Ἐκ τῆς καρτῆς καὶ τὸ τῷ πῶτι σῶμα.  
Εἰσὶ δὲ Διόδωρος Μάρτυς καὶ σῶμα.  
Ἐπὶ ζῆς εἰς ζωὴν τῷ ῥῶθι βίβ  
Καὶ πῶς τοῦ εἰς ζῆν μὲν τὸν Σεραπίων.

Aſſa

Acta hucusque ignota.

Celebris tamen memoria, &amp; cultus apud Graecos.

Λύσαι θαλάσσης πικρὰ λυφὰ Πασία.

Καὶ τὴ γλυκασμὸν τῆς αἰῶς ζήσης τέχνης.

*Yes, membris in mortario contritis, facti generosi.*

*Adparuerunt hi tres membra Corporis Christi.*

*Illustris primitias Claudius Domino*

*E corpore dedit, manus et pedes.*

*In igne etiam datur certaminis corona:*

*Ingressus es, Diodore, et Martyr coronaris.*

*Dein, o vita, contra timorem gladii te confirmabo;*

*Quemadmodum etiam Deus confirmavit Serapinum.*

*Lotus es, o Pappia, in acerbis maris balneis,*

*Et dulcedinem adeptus es Caelestium deliciarum.*

*Idem deinde Martyres ad quintum Aprilis diem tum primo loco, tum in adjunctis Odis celebrantur. Ita autem Menaea diem illum aufpicantur: Μῶν τῶ ἀνοῦ, ἰ. ἡ Ἁγίων Μαγνήτων, Κλαυδίου, Διοδώρου, Οὐϊκτιρίου, Οὐϊκτιρίου, Παππίας, Νικηφόρου, Ἐ Σιεραπίου. Eodem Mense (April) die quinto. Sanctorum Martyrum Claudii, Diodori, Victoris, Victorini, Pappiae, Nicephori, et Serapionis, qui, ut in primis vesperis dicitur, Ὁ θαλάμῳς ἀκαυτῶν, καὶ δακτύλις κοπτόμενοι, καὶ πλάγας ζήνωνος καὶ κριμῶν, καὶ τὰ ὄσα σαυφῶν, καὶ ζήσι τμητῶν, μιλῶν καὶ κίφαλον, τὴ δολίῳ σαυφῶν, ἐκ κήρατος τὸν Σαυφῶν ἡ δλον, ἡζῶντος, ἐπιθῶσασθ ἀλῶν, Μεγαλομάτις Ἰσοῦ. Σὺ Κλαυδίου πρῶτος, Νικηφόρου τὸν ἰσοῦ, τὸν Σαυφῶν Διοδώρου καὶ Οὐϊκτιρίου. Οὐϊκτιρίου Παππίας τὴ καὶ τὸν Σιεραπίου. τὸν ἰσοῦ τὸν κοπῶν ἀδελφῶν, τὸ παρῶν ἀδελφῶν, τὴ δολίῳ, Ἐκκλησίας τὸν δῶν. τὸν ἀπῶν ἡ δμοίῳς μιλῶν, ζήσι ἀνδρίας στυμῶν, οὐκ ἐκρηπῶν, Ἐ digitis confusus, et lateribus adustis suspensus, et ossibus contritis, membratim gladio concisi sunt, aut capite plecti. Fraudulencia conculcata, non negasti Salvatorem univertorum, non stulte sacrificasti Idolis, o magni, et gloriosi Martyres, et Veneretum igitur, ut additur ibidem, cum Claudio gloriosum Nicephorum, venerabilem Diodorum, et Victorem, Victorinum, Pappiamque, et Serapionem, eorum septenarium, sanctissimam congregationem, et Ecclesiae populum, omnibus ex partibus perfectum, plura Deatonum millium millia gladio fortitudinis conscindentes. Ac multis hujusmodi recitatis, quae brevitatis causa omittimus, ad Titulum: Σὺ Κύριε μὴ Φῶς, Tu Christi Lux mea; ista adjiciuntur; Μεγάλης αἰσθημῆς ὁμιλίας Διόδωρου, ὑπέφθις ὀβελίσκου. πνευματικῶν στυμῶν, ἀνδραγαθῶν τὴ κατέφθις: Ἀσάδῶς τὸν ἰσοῦ, Σιεραπίου διτῶν, κριμῶν καὶ βαρῶν. ὁμιλῶν πολυφῶν, καὶ ζήσι πλωμῶν: Ῥομφαίας τὴ ἰσοῦ, Ἐ Πανάθῳ ἀπέκλυνας, ζήνωνος καὶ τὴ ἰσοῦ, καδελφῶν Μάρτυς, καὶ ὑδῶν στυμῶν. Ἐ μῶν Σιεραπίου, καὶ θῶν Διόδωρου, Οὐϊκτιρίου, Παππίας, Νικηφόρου, Κλαυδίου, καὶ Οὐϊκτιρίου. ἐκ τῶν πλάγῶν, τὴ δολίῳ πλωμῶν τῶν: Magnis flagris, vulneribusque adfusatus, Diodore, sustinuisi obeliscos et gladios, alacri experimento tolerasti carbonum exustionem. Et tu, Serapion, in tormentis suspensus, inconcusus mente permansisti, inter callidos ac versutos degens, gladio vitam finivisti. Hostiles, o Pappia, gladios sensisti percussus, et clavibus confusus Martyr, et aquis maris submersus. Hymnis laudentur Serapion, Nicephorus, Claudius, et Victor, qui imposturas et fraudes perfectissime vicerunt. Post celebratas dein variorum Martyrum memorias, de hisce Sanctis haec iterum referuntur: Πασίας Οὐϊκτιρίου, καὶ Πλάγας κατέφθις ὑπέφθις. ὁμοῦ, σαυφῶν, καὶ γλωφῶν ἡ ἀτμῶν, ἀπαρίκτων πηλῶν, Ἐλορημῶν ἢ ἐκ τῶ καὶ τῶ δῶν Κύριε: Γεχῶν Μάρτυς, τὴ θῶν Πρώτης Κλαυδίου τῶν, καὶ κοιλίας μάρτυς ὑπέφθις. σαυφῶν σαυφῶν, χήρας καὶ Πῶν τὴ Ἐσασφῶν ὁμοῦ τὸν Κύριε: Μεγαλοφῶν, ὁ Νικηφόρου θαλάμῳς στυμῶν, ὅσα ὑπέφθις Μάρτυς τῶν, σαυφῶν σαυφῶν τὸν σῶμας. τῶν ζήνωνος φερενῶν ἀδελφῶν: Σῶν τῶν σαυφῶν. Οὐϊκτιρίου τὸν ἰσοῦ. Κλαυδίου Παππίας τῶν. Διόδωρος τὴ καὶ Σιεραπίου. καὶ τὸν στυμῶν Οὐϊκτιρίου. καὶ Νικηφόρου μακαρίσιων: Passus es, o gloriose Victor, lateribus excoriatis, atque in mortario confractus, et lingua excisa mortuus, cantando: Benedictus es, Domine, in templo gloriae. Fortitudine Divini Spiritus, o Claudii, tolerasti, flagris humeros et ventrem caedi, maxillas percusi, ac manibus pedibusque abscissi, laudas Dominum. O Nicephore vetera Martyr, sustinuisi et ma-*

gnanimus digitorum perditionem, & constantis totius corporis contusionem. Victoriae ergo diademate nominis tuo convenienter exornaris. Hodie magna fide adcedamus, & generosum Victorinum, Claudium, & divinum Pappiam. & Diodorum, & Serapionem, & sapientem Victorem, & Nicephorum beatos ac fortunatos praedicemus. Haecenus in Anthea.

De eisdem Sanctis Martyribus videtur eodem die v. Aprilis agi in Menologio Graecorum his verbis: Τῶν Μαρτύρων Κλαυδίου, Διοδώρου, Θεοδοίου, καὶ τῶν αὐτοῖς. Hinc Ferrarius ita illos Catalogo generali inscripsit: *Apud Graecos Sanctorum Martyrum Claudii, Diodori, Theoduli, & sociorum.* At Theodolus perperam his Martyribus adscensetur, qui cum Agathopode Martyrium passus, eodem quinto Aprilis die seorsum memoratur.

Graecorum Menaeis adstipulatur Galefinius, qui in Notariationibus ad 1. Februarii: *Horum, inquit, egregias pro Fide Christi dimicationes fortiter, constanterque susceptas, Graece explicatas, Latine redditas adscripsimus Martyrologio.* In quo ad eisdem Februarii Kalendas ista tradit: *Eodem die Sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori Claudii, Diodori, Serapionis, & Pappiae. si Cives Corinthii, Christianae Religionis accusati, varie necati, Caelesti praemia perfruuntur. Victorinus aulo dextero eruto, praecisis manibus & pedibus, in pile marmorea contusus, animam Deo reddidit. Victor abstulit lingua, idem supplicii genus invicti animi robore subiens, migravit in Caelum. Nicephorus primo ita pedibus pressus est, ut e naribus sanguis eruperit: post capillis suspensus, tum in mortario, demum pile confractus, abii ad Dominum. Claudius autem manibus pedibusque abstulit in ignem coniectus est. Diodorus igni coctus, Serapio sublimibus pedibus pendens, capite multatus, Pappias saxo alligatus, in mare projectus: ita nobilis Martyrii coronam omnes acceperunt.* Haec a Graecis accepta profert Galefinius; quae Canisius in Martyrologio Germanico ad eundem diem 1. Februarii in epitomen coegit. At in Menologio, quod ipse Canisius edidit, eosdem Martyres colit die v. Aprilis in haec verba: *Sanctorum Martyrum Claudii, Diodori, Victorini, Victorini, Pappii, Nicephori, & Serapionis.*

Et apud Latinos.

Latina autem Martyrologia, quae recens Romanum praecefferunt, & breviora horum Martyrum elogia referunt, & in iis recensendis non parum ab se invicem discrepant. Antiquum quippe ms. Martyrologium Romanum, seu S. Hieronimi ad diem xxiv. Februarii, qui, ut recte observant Bollandiani Tom. III. ejusdem Mensis, unde mss. praefertim Martyrologiorum de septem hisce Martyribus encomia exscripsimus, ex amanuensium oscitantia pro xxv. ejusdem mensis Februarii die, quo & eorum mortem Acta nostra expresse signant, obrepit, ista habet: *In Aegypto Natale Sanctorum Victorini, Victoris Ninivitae, Nicophori, Serapionis.* Unde autem Sanctus Victor Ninivitis dictus; an ex patria Ninive, Assyriorum urbe, ut, scilicet, a quamplurimis ejusdem nominis Martyribus distingueretur; an vero alia de causa illud ei cognomen fuerit, nobis haud liquet. Huic Martyrologio consonat illud ms. Augiae divitis, seu Richenoviense, in quo ad praedictam diem xxiv. Februarii haec leguntur: *In Aegypto Passio Sanctorum Victorini, Victoris Ninentiae, imo potius Ninivitae.* Porro de hoc Victoris cognomine Ninivita, aut Ninentis nulla praeterquam in his duobus mss. mentio apud antiquos habetur.

Reliqua vero Latinae Ecclesiae Martyrologia circa horum Sanctorum Martyrii diem, cum Codice nostro consentiunt, quod, scilicet, ad xxv. Februarii referunt. ms. enim Martyrologium Trevirense S. Martini eo die de eisdem agit; etsi numerum solum, & eorum Passionis locum designat: *In Aegypto, inquit, Septem Martyrum.* Verum nomina, quae ibi desiderantur, recenset Martyrologium ms. Mariani Gormani in Hibernia, sed loco omisso, & alio fere ordine, quam apud reliquos: *Victor, Victorinus, Claudianus, Pappias, Serapion, Dioscorus, Nicephorus.* Vetus Romanum a Roswido editum hoc eos ordine, quem & Codex noster, & reliqui fere servant, retulit: *Apud Aegyptum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, & Pappiae.* Adjicit ms. Leodivense S. Lamberti: *Sub Numeriano Imperatore.* At ms. Colonienfense S. Mariae ad Gradus, & Florarium ms. addunt: *Agente Sabino Duce.* ms. Trevirense S. Paulini nominibus recensitis, subdit: *Qui omnes solenne Martyrium Christo*

dedicaverunt, sub *Numeriano*, qui ex calligraphi oscitantia pro *Numeriano* obrepfit *Principe*, *Duce Sabino*. In eodem ms. qui *Diodorus*, & aliis *Dioforus*, *Dionysius* est. Simili mendo in ms. Carmeli Colonienfis *Nichodorus*, & *Papion* pro *Nicephoro*, & *Serapione* scribuntur. Imo & Imperator *Numerianus* inepte *Juvenianus* vocatur: *Qui sub Juveniano Imperatore*, inquit, *exquisita tormentorum genera toleraverunt*. Usuardus in omnibus passim Codicibus manu exaratis, ac typo cufis: *Apud Aegyptum*, ait, *Natalis Sanctorum Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Diofori, Serapionis, & Papias, sub Numeriano Imperatore: quorum primus, secundus & tertius pro confessione Deitatis constanter exquisita suppliciorum genera tolerantes: reliqui quatuor, Claudianus, & Dioforus flammis incensi, Serapion, & Papias gladio caesi sunt. Omnes itaque celebre Martyrium dedicaverunt*. Eadem leguntur in Martyrologio Romano Bellini, & Viola Sanctorum. Pro *Claudiano Claudium* scribit Molanus. In Martyrologio Coloniae A. C. 1490. excuso, haec ad calcem adnectuntur: *Martyrium, agente Sabino Duce, dedicaverunt*.

Beda vero excusus, cui succinit ms. Monasterii Richebergensis, prolixiori encomio ad dictum diem Februarii xxv. eos celebrat: *Apud Aegyptum Natale SS. Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Diofori, Serapionis, & Papias, sub Numeriano, agente Sabino Duce. Quorum primus in pilam e robore cavam, & undique circumforamiam, missus, ac per singula foramina diutissime transpunctus, & cum nimius sanguis efflueret, ductus e pila, capite caesus est. Secundus manibus ac pedibus amputatis, in eadem pilam missus, prioris tormenta sustinuit, & novissime gladio caesus est. Tertius cum ultro in pilam fuisset ingressus, indignatus iudex iussit, cum inde produci, & super craticulam prunis substratam aliquantisper assuri, & inverii. Cumque in confessione persisteret, sublatus inde, minutatim gladio concisus, spiritum reddidit. Reliquorum quatuor Claudianus, & Dioforus flammis incensi, Serapion, & Papias gladio consummati sunt.* Haec Beda; quae verbis hinc inde pauculis commutatis habent Ad Viennensis, Notkerus, Petrus de Natalibus lib. III. cap. 51. Martyrologia mss. Reginae Sveciae, Trevirensis S. Maximini, & Bruxellenfis S. Gudilae, in quo dicitur: *Natale Sanctorum septem Fratrum*. In Adonis ms. Leodiensis S. Laurentii pro *Dioforo* est *Moscorus*, & *Fabianus Dux* pro *Sabino*. In ms. Reginae Sveciae, omisso *Numeriano* Imperatore, post nomina Martyrum haec leguntur: *Qui sub Sabino Duce perempti sunt; quorum primus in pilam ex robore cavam &c.* in ms. Trevirensi: *ex ebore cavam*, habetur. Idem apud Equilinum *cultris transpunctus* dicitur. At *tertium iussit iudex*, secundum Notkerum, *aliquantulum perassari*. In fine autem Codicis Bruxellenfis: *Gladio perempti omnes celebre Martyrium dedicaverunt*.

Hodiernum denique Martyrologium Romanum ad eundem diem Februarii xxv. Septem hosce Martyres hoc Elogio, quod ex haftenus laudatis concinnatum est, commemorat: *In Aegypto Natalis Sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Diofori, Serapionis, & Papias, sub Numeriano Imperatore: quorum duo primi pro confessione fidei exquisita suppliciorum tormenta constanter tolerantes, capite plestantur; Nicephorus post craticulas candentes, ignisque superatos, minutatim concisus est: Claudianus, & Dioforus flammis incensi: Serapion vero, & Papias gladio caesi sunt*.

His praemissis, quibus major ex dicendis lux adfulgebit, superest discutendum, quo in loco hi septem Christi Athletae Martyrium subierint. Quae quidem difficultas praecisa omnino esset, si illum, uti & Passionis tempus, Acta nostra silentio haud involvisent. Huiusmodi tamen defectum in sexcentis etiam sinceris aliorum Martyrum Actis videre est, quae Collectioni suae Ruinartus inseruit. Quare litem de eorum Martyrii & loco, & anno, quae inter Martyrologos vertitur, ex ipsis modo prolatis monumentis qualitercumque componere conabimur. Hos itaque Martyres in Aegypto lauream fuisse consequutos, tradunt ex Latinis praecipui Beda, Usuardus, vetus ac recens Martyrologium Romanum, nec non Richenoviense, & Trevirensis, quorum verba supra reculimus. Menologium autem Graecorum, iussu Basilii Imperatoris editum, & Menaea eos Martyres Corinthios appellat, quibus ad stipulantur Galefinius ad Kalendas Februarias, & Canisius ad diem xxx. Januarii. Verum quum in Menaeis iidem Martyres ab

Martyrii locus.

Ur-

*Urbe Corintho emissi* dicantur; eos certe extra Corinthum, atque adeo in Aegypto, juxta Martyrologorum Latinorum sententiam, Martyrium perpestos fuisse, credendum est. Quod autem a Galefio iidem Martyres *cives Corinthii* vocentur, id minime obstat, quominus in Aegypto lauream obtinuerint. Nec audiendus est Canisius, qui ad praefignatum diem Januarii xxx. eisdem Martyres *Corinthi passos* tradit; Menologium quippe Graecorum; ex quo suum ipse concinnavit, eos quidem *ex Urbe Corintho fuisse* scribit; sed Martyrium ibi consummasse, nequaquam affirmat. Quae autem Aegypti urbs eorum Martyrii palaestra fuerit, haud diu inquirendum. *Diospolim*, seu *Diopolim* expresse designant Maurolycus, Galefius, Canisius, Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani, & Johannes, Cabilunensis Episcopus, in Topographia Sanctorum, ante annos trecentos composita, ac postea a Maurolyco recognita; qui sub lit. D haec habet: *Diopolis Civitas Aegypti. Hic Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, & Papias, sub Numeriano Imperatore, Martyres.* Porro Diopolis, sive Diospolis, quae *Hecatopylos* antiquis dicta, quamque Ptolomaeus lib. iv. cap. 5. *μυρδάρι*, seu *magnam* appellat (quo quidem nomine a pluribus aliis ejusdem nominis Urbibus ea distinguitur) & in qua, teste eodem Cabilunensi Antilita, habitaverunt Amos, Macarius Aegyptii, & Ildorus, discipulus Antonii Anachoretæ, Metropolis olim fuit Thebaidos; ideoque Manethoni, Africano, & Eusebio Reges Thebani Diospolitani nuncupantur. Hinc plane dirimitur haesitatio, quam nobis injectit Baronius, qui in Notis ad sextum Martii, quo die *Sancti Victor, & Victorinus, Claudianus, & hujus uxor Bassa* varia tormenta passi, & in carcere extincti referuntur, haec addit: *Agunt item Graeci de Victore & Victorino 31. Januarii, quos tamen non Nicomediae, sed Corinthi sub Decio Imperatore passos affirmant: sed fortasse illi ab his sunt diversi.* Imo plane diversos arbitramur; quum illi solum tres sint cum Bassa, Claudiani uxore, qui in omnibus Martyrologiis perhibentur Nicomediae in carcere extincti. Neque heic dissimulandum, Menologii, & Menaeorum verba a Baronio immaniter interpolari; non enim Sanctos Victorum, Victorinum, & Socios de quibus agimus, Corinthi passos, sed ex urbe Corintho fuisse, indeque emissos, Martyrium subisse, tradunt Menaea, & Menologium, ut supra monuimus.

Quod vero ad annum spectat, quo Victor, Victorinus & Socii Martyrium compleverunt, variant etiam inter se Graeci, & Latini Scriptores. Eorum mortem ad Decii Imperatoris tempora, atque adeo ad annum Christi circiter 249. quo Decius, juxta Tillemontium, & Imperium inivit, & saevissimam in Christianos Persecutionem commovit, Menologium Basilianum, & Menaea Graecorum referre videntur; Latini vero eam usque ad Numeriani Imperium, sive ad annum Christi circiter 284. differunt, ut ex eorum Martyrologiis, quae supra recensuimus, plane colligitur. Idque confirmant Baronius in Annal. ad annum 284. ubi septem hocce Martyres in Aegypto etiam, *Numeriano de Christianis carnificinam exercente*, passos, scribit, & Godefridus Henschenius, qui ad diem xxv. Februarii, quo eorum Martyrium Acta nostra expresse designant, hanc ipsam de tempore Martyrii Latinorum a Graecis discrepantiam componens, eisdem Martyres, imperante quidem Decio, Corinthi comprehensos, inde vero exsules in Aegyptum profectos, ad tempora usque Numeriani illic superstites, tandem sub Sabino Duce Martyrium complevisse, arbitratur. Quae quidem opinatio mihi verisimilis est; utpote quae & Latinorum Martyrologiis adprime consonat, & Graecorum Menaeis, atque Menologio Basiliano minime refragatur. Attamen in Auctario Martyrologii Bedae ad diem vi. Martii a socio suo vapulat idem Henschenius. Contendit nimirum ille, Numerianum Imperatorem nunquam fuisse Christianis infensum, ac propterea, Decio Imperante, Septem hocce Martyres occubuisse: ubi vero ejusdem Numeriani nomen occurrit Martyrologiis infernum, id, ceu interpolatorum opus, ad fabulas amandandum. Verum, pace tanti Viri dixerim, immerito quidem a praecessore suo ille dissentit. Ex Actis quippe Martyrum, qui circa annum Christi 283. & 284. lauream adepti sunt, quosque inter praecipuos recenset Baronius SS. Chrysanthum, & Darium, qui in Saeris Ecclesiae Factis die xxv. Octobris celebrantur, exploratum est, plurimos Christianos ob Fidei Confessionem, imperante Numeriano, variis in locis fuisse neci traditos.

ἩΜΕΙΣ

ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ἁποστόλων καὶ μάρτυρων ἡμεῶν ἡμεῖς οὐκ ἐπιθυμοῦμεν ὡς ἐπὶ τῆς ἐκείνου.

M A R T Y R I U M

*Sanctorum VICTORINI, VICTORIS, NICEPHORI, CLAUDIANI, DIODORI, SERAPIONIS, Ὁ ΠΑΠΙ.*

XXVIII. Februarii.

Anno Christi circ. 284 sub Numeriano Imp.

Scriptoris Prologus.

**E**COGYS, Fratres, acerbissimi hujus Martyrii historiam audiens, clarissimorum horum Martyrum fortitudinem, atque tolerantiam non admiretur, suaeque, ut ita dicam, naturae conditionem non obliviscatur? Enimvero si ferrum, rerum omnium domitorem, virtute Dei sui domuerunt, ignemque; ejusdem ferri consumtorem, vicerunt; aquam praeterea, ignis Victricem, superarunt, quosnam illos adpellare, par est, nisi plane firmissimos, quod nomen eorum naturam exprimit, ac plane infraictos adamantes. Quamquam quidpiam fortasse etiam advenire sit, quod ipsum adamantem subigat; quod vero horum Martyrum virtutem infringeret, nihil reptum est.

Haec autem ita a nobis commemorantur, ut VICTORINI, ejusque sociorum in atrocissimis cruciatibus perferendis constantiam demonstremus: quorum profectio fortitudo si lapidea fuisset, tormentis, ferroque carnicum fracta, atque contrita concidisset: & si illorum caro aenea fuisset, mollis adinstar ceracae admotis a tyranno flammis liquata defluxisset. At illi Domini sui praesente numine, atque virtute roborati, neutiquam cesserunt. Quum vero eos Divina ope sussultos fuisse affirmamus, non illud dicimus, ita a gratia Dei fuisse occupatos, ut aut ipsis, qui conditione naturae liberi erant, vis a gratia inferretur; ipsa enim gratia tunc gratia non foret; aut ab illa usque

ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ἁποστόλων καὶ μάρτυρων ἡμεῶν ἡμεῖς οὐκ ἐπιθυμοῦμεν ὡς ἐπὶ τῆς ἐκείνου.

ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ἁποστόλων καὶ μάρτυρων ἡμεῶν ἡμεῖς οὐκ ἐπιθυμοῦμεν ὡς ἐπὶ τῆς ἐκείνου.





bum in factu illo mortario praeperavit ,  
 cuius gustu ii certe omnes , qui studiosa  
 sint, piarque in Martyres voluntate, recre-  
 antur . Quum itaque haec Victorinus pa-  
 teretur, & corporis nervi immani illa con-  
 tusione adriti defluerent, constantissi-  
 mae eius mentis arcana corporis poena  
 neutiquam expugnavit, nec spiritus car-  
 nis languore defecit . Etenim quum Car-  
 nifices Martyris pedes contondere exor-  
 si, ad singulos, quos immittebant, gra-  
 vissimos ius ita eum compellarent :  
 Quin tibi, miser, parcis ? Tuum quippe  
 est, ista evadere ; Deum tuum, quem re-  
 cens in orbem induxisti, tantum ejura .  
 Haec, inquam, Licioribus suggerentibus,  
 Victorinus nec acerbissime tortus trepi-  
 davit, nec, Tyranno atrociora supplicia  
 comminante, deterritus est, quominus  
 immanissimam ejus crudelitatem, velut  
 rem oppido levem, inaneinque, contem-  
 neret, & saevas artes, tamquam for-  
 dida recrementa, conculcasset . Morta-  
 rium autem illud reliquos Victorini focios  
 magno Martyrii desiderio adfecit, adeo  
 ut in ipsum, velut in balneum insilirent .  
 Tanta porro Victorini constantia indi-  
 gnatus Praefectus, carnifici, ut Beati  
 Martyris caput contunderet, impera-  
 vit .

Item Victor .

Peremto demum immani hac caede  
 Victorino, alterum e fociiis in mortarium  
 immitti jubet Tyrannus, haec primum  
 praefatus : Vidistis, quibus Frater tuus,  
 te ipso adstante, maceratus est supplicii ?  
 Si ergo idem cum illo propositum tenes,  
 parem quoque poenam, scias, te mox  
 futiturum : at si contra hanc evadere  
 constituisti, id tuo esse in arbitrio nove-  
 ris ; non abnuam, modo imperata te fa-  
 cturum spondeas . Sanctus autem Victor  
 focio quamprimum adjungi discupiens,  
 adproperari supplicium petebat; quam-  
 obrem mortarium indigitans : Salutem,  
 ajebat, & veram felicitatem in eo sibi ef-  
 fice praeparatam . Voti illico compos fa-  
 ctus est .

הוּסַבָּוּ מִן בְּרָיָהּ וְנִבְּרָהּ : מִלְּבֻשׁוֹתָי  
 חֵץ מִחַסְתֵּי לַחַד כִּי מְדַבְּרֵם מְדַבְּרֵם  
 אֶלְבָּבִי לִי : בְּיָמָי חֵטְבָהּ הָיִתָּה מִי  
 חַמְסֵם אִי מִבְּרָתָם : חַד שָׁלַח בִּי מִי  
 מְבֵרַם מֵהַ שְׂרָרֵם מִחְשָׁבִים בְּחִפְזָם דְּלֹא  
 תִשְׁעֵב מְחִלָּתְךָ מֵעַם : לֹחֲטֵם לֹחֲטֵם  
 עֲזָבוּ סָבִיל לָא מֵבִית : אֵלֵיהֶם בָּרַח מִי  
 חִפְזָם מִדְּמֵם מִסָּוִתָם : מִהַלְּלוֹתֶם  
 קָלִילָה דְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם סָמֵם :  
 סָבִילֵיכֶם לָא מִי מְסֻמְתֵם שְׂרָרָה אֲנִיכֶם :  
 סָמֵם לִתְּמֵךְ . דְּעָלִיךְ לָרַח דְּיָמֵיכֶם  
 מִהַלְּלוֹתֶם לְ כָלִיסַר מִנְּפֻשָׁה : סָמֵם  
 חִיבְלֵם לֵאלֹהִים לִחְלוֹם מִבְּנֵי אֱלֹהִים : מִיָּהּ בִּי  
 עֲתִידָה בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם סָמֵם מִי  
 לִקְסָמָה לָא שְׂרָרֵם : סָמֵם לִמְעֻמְתֵם לֹדֵם  
 דְּנִעְסָרֵם אִם דְּלִיכֵם מִי דְּעָלֵם  
 חַמְסֵדְהוּ מֵסָם עָלֵם לָא מֵסָם : סָמֵם  
 מְלֻמְדֵם מִי צְרִיבְתֵם אִם דְּנִעְסָרֵם בְּלָתֵם  
 סָמֵם מְדַבְּרֵם בִּי שְׂרָרֵם דְּבִלְדֵם  
 סָמֵם מְסֻמְתֵם מִיכֶם לֵאלֹהִים סָמֵם  
 אֲשָׁרֵם דְּהָסְבִיל : מִי יָרַח מִי עֵסֵם  
 לֹדֵם חֵלְסֵם אִם דְּלִיכֵם : אִם דְּנִעְסָרֵם  
 סָמֵם לִתְּמֵךְ מִסָּוִתָם : מִהַלְּלוֹתֶם בְּיָמֵי  
 סָמֵם לִיכֻשְׁתֵם עָלֵם וּבְנֵיכֶם מְדַבְּרֵם  
 בְּיָמֵיכֶם עֲתִידָה בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם :  
 בְּיָמֵיכֶם מִי עֵסֵם מִיכֶם חֵטְבָהּ מֵסָם :  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם :  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם מִיכֶם .

דָּם בִּי יָפֻחַ עֲלֵיכֶם חֵטְבָהּ חֵטְבָהּ  
 לִשְׂכָלֵךְ לְמַדְבָּחֵם אֲבִיכֶם סָמֵם לֵאלֹהִים לֹדֵם :  
 סָבִיבֵם אִלֵּךְ דְּיָסֻרְךָ בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם  
 לִי סָבִיל לִי חֵטְבָהּ מְדַבְּרֵם אֱלֹהִים  
 לִלְבֵיכֶם סָמֵם בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם : אֲבִיכֶם  
 חֵטְבָהּ בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם מִי עֵבִירָה  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם חֵטְבָהּ לִי לְקֻשָׁתְךָ  
 מִיכֶם חֵטְבָהּ בִּי מְדַבְּרֵם סָמֵם  
 בְּיָמֵיכֶם מְדַבְּרֵם מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם  
 חֵטְבָהּ מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם מִיכֶם

Vi-

105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200

Victore itaque eo mortis genere  
 defuncto, atque ad Superos evocato,  
 tertius NICEPHORUS ad supplicium fe-  
 stinabat, adeo impatiens morae, ut ul-  
 tro in mortarium sese coniceret. Quo  
 facto non mediocriter commotus Prae-  
 fectus imperat, ut non unus, aut duo, sed  
 plures simul licitores in eundem faevirent,  
 infanam Viri audaciam retundere se vel-  
 le testatus. Martyris nimirum magna-  
 nimitatem fatuus Praefectus factum inter-  
 pretabatur, & constantiam inanem osten-  
 tationem adpellabat. Quoniam enim ne-  
 que constantiam ipsam, ut Dei donum  
 considerabat, neque supremi Numinis  
 praesentiam, qua confirmati Dei Servi,  
 immanes Tyrannorum cruciatus subire,  
 minime dubitabant, ullatenus adtende-  
 bat; eam animi magnitudinem ad captan-  
 dum vulgi plausum ab ipsis adfectari,  
 arbitrabatur.

Et Nicepho- rus.

5

Successit quarto loco CLAUDIANUS  
 quem Praefectus non eo, quo focii, sup-  
 plicii genere, sed acerbiori poena ma-  
 rchandum voluit. Praecepit enim, ut mi-  
 nuratim concideretur, frustaque dissecti  
 corporis, humi projecta, superstitibus  
 fociiis in crudele, miserandumque specta-  
 culum objicerentur. Hoc, nempe, im-  
 manissimo tormento Sanctum Martyrem  
 eo adducere contendebat, ut e sua detur-  
 batus sententia Deum ejuraret. At usque  
 adeo in sua sibi constitit virtute Sanctissi-  
 mus Claudianus, donec pedibus mani-  
 busque refectis, exanimatus est. Neque  
 fat fuit Tyranno externa membra dilania-  
 re; sed velut immanis fera in ejus visce-  
 ra invasit.

Claudiano minuratim conciditur.

6

Quum autem eo modo in Marty-  
 rem Claudianum Praefectus defaeviret,  
 DIODORO 7, SERAPIONI \* & PAPII \* dis-  
 secta ejusdem membra, & avulsa ossa,  
 humique projecta commonstrans: Ve-  
 strum, ait, est istud supplicium, quan-  
 do liberit, declinare; non enim ego  
 vos cogo ista perpeti.

7  
8  
9

Cui Beati Martyres Divino adcen- si

fi Spiritu, una omnes voce : At tu, in-  
 quiunt, si supperunt tormenta istis acer-  
 biora, ea in nos experire . Nos vero in  
 hac omnino constantissima sumus volun-  
 tate, ut nusquam aut Deum deserere,  
 aut datam illi fidem infringere, ipsius-  
 que leges violare, aut Jesum Christum,  
 Servatorem nostrum, abnegare velimus ;  
 ipse, nimirum, est Deus noster, ex quo  
 fumus, & ad quem unice inhiamus. Haec,  
 aliaque his similia uno animo edifferen-  
 tes, tantum absuit, ut impio Praefecto  
(5) *Baptizavit eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Quae verba heic passim occurrunt. Unde pudeat Socinianos, Episcopium, & Gerardum Vossium, qui nullam a Christo Domino praescriptam Baptismi formam effuziant. Reprehendendi quoque Beda comment. cap. 10. Aët. Hugo a S. Victore, Magister Sententiarum, Cajetanus (cujus tamen Commentaria a S. Pio Quinto repurgata sunt) & Hadrianus VI. ut privatus doctor, qui Baptismum in solo Christi nomine conlatum, non solum Apostolorum aevo, sed sequiori etiam, & nunc valere contendunt. De forma autem Baptismi aut absoluta, aut deprecatoria, quam utramque Aëtia nostra reticent, aliud omnino ferendum est judicium. Et sane Morinus lib. 8. de Poenit. cap. 16. num. 21. autumat, ratum olim fuisse, & validum Baptismum cum his solis verbis conlatum: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sed post receptam Alexandri III. Constitutionem, Extr. de Baptismo cap. Si quis. Nullum deinceps, atque irritum esse, nisi exprimat aëtio baptizantis per ista aut aequipollentia verba: Ego te baptizo. Declarat enim Concilium Tridentinum Sess. 11. cap. 2. *Hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum generationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire judicaret.*

(6) *Corpus, & Sanguinem Christi coisino impertit*. Non solum adultis, sed etiam infantibus apud Latinos, uti & hodie apud Orientales, si Maronitas excipias, qui se ad Romanae Ecclesiae disciplinae quingentes ab hinc annis conformarunt, per duodecim priora secula Eucharistiam statim post Baptismum dispensatam fuisse tradunt S. Cyprianus lib. de Lapsis, Gregorius Magnus in Sacramento, Vetus Ordo Romanus, Hugo a S. Victore lib. 1.

de Sacram. cap. 20. aliique Patres; ut videre est apud Iuveniu. Comment. Historic. & Dogmatic. differt. 14. de Euchar. quaest. 6. cap. 1. Idque luculenter confirmat Tridentina Synodus, quae Sess. 21. cap. 4. docens, parvulus usu rationis carentes, nulla necessitate ad Sacramentalem Eucharistiae communionem obligari, sub-

dit: *Neque tamen ideo damnanda est antiquitas si eam morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui fuisse probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla saluti necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.*



## AD MONITIO

### In Martyrium Sanctae AGNETIS Virginis.

Libellus Passionis, qui nomine S. Ambrosii circumfertur adulterinus.

**I**nclutam Virginem, & Martyrem Romanam, beatam Agnetem, cum antiquiores, tum recentiores Latini Scriptores summis certatim laudibus extulere, ejusque praclare gestorum narrationem, quae olim *omnium gentium literis, atque linguis*, ut scribit S. Hieronymus Episc. ad Demetriadem, *praecipue in Ecclesiis laudata est*, numeris omnibus absolutum, adsequuti fuisse sibi visi sunt. Quoniam vero omnem Encomiorum suorum materiam ex interpolatis, atque vitiatis Actis hauserunt, nullam profecto fidem iis haberi posse, nemo est, qui non videat. Qui etenim eosdem Scriptores inter & ore, & calamo Sanctam Agnetem celebravere, ii omnes adulterinum quemdam *Passionis* ejusdem Martyris *Libellum*, S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo inscriptum, sincera veluti & germana illustris hujus Martyrii Acta, & inconsulto adprobarunt, & suis sparsim scriptis inseruerunt. Invaluit autem ejusmodi error ad postremum usque seculum, quo omnium primus Eminentissimus Annalium Patens ad A. C. 324. §. 107. subdititium illum *Passionis S. Agnetis Libellum incerti auctoris foetum esse, atque adeo perperam Ambrosii nomine signatum ostendit*. Ex gravissimi porro momenti rationibus, quas mox subjiciemus, doctissimo Baronio aditipulati sunt Theodoricos Ruinartus, Tillemontius, Bailletus, ceterique recentiores Martyriorum Scriptores, si unum excipias Bollandum, cui antiquorum potius de eo libello iudicium adrisit. At si Baronio, ejusque fautoribus detestam tandem gratulemur fraudem, neutiquam tamen suffecta adulterinis sincera Sanctae Agnetis Acta gratulari possumus. Et sane qui vel hanc ipsam spem fecissent, quum germana sanctissimae hujus Martyris Acta in uno Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano I., Latinis quidem hominibus profusus ignoto, haecenus delituerint? Quae igitur illi Christianae Reipublicae bono exprobebant, vota completuri, nova, eaque genuina, beatae Agnetis Martyrii Acta ex laudato Codice, ubi semel atque iterum descripta sunt, in lucem haec proferimus, quae, tametsi ab Ambrosio quoque, & Prudentio discrepent in plerisque; sinceriora tamen videntur, quam cetera, sive quae in Ambrosii, ac Prudentii manus inciderint, sive quae fuerint ab aliis collecta.

Acta Chaldaica ceteris praefrenda.

Menda, quibus scateat Libellus Passionis recensentur, atque resellantur.

Porro Libellus Passionis S. Agnetis, a Surio, & Bollandi editus, qui sub Sancti Ambrosii nomine vulgo circumfertur, non solum ab Actis nostris, verum & ab ipsius Agnetis Encomio, quod idem Ambrosius lib. 1. de Virginibus cap. 2., & Prudentius lib. *ἔπι Στεφάνου*, Hymno 14. dedita opera concinnarunt, quamlongissime differt. Is quippe tradit, beatam Agnetem in rogam conjectam, *ex flammis in duas partes divisam, & hinc atque illinc seditiosos populos exurentibus, demum adeo exsintit, ut ne tepor quidem incendii remaneret, illaefam exsiluisse*. Id tamen portentum, quod praeceteris quidem Sanctae Agnetis gestis celebrandum esset, Prudentius, & Ambrosius silentio involvunt. Idem praeterea Passionis Libellus refert, Sanctam Agnetem *tertio decimo aetatis suae anno mortem perdidisse, & vitam invenisse*. At in Codicibus mss., editionibusque non solum Operum S. Ambrosii, sed & Lipomani, aliorumque Agnes *duodecim annorum Martyrium fecisse traditur*. Quod enim anni tredecim pro duodecim in Editionem Romanam irrepperunt, quis non videat, id a Calligrapho dolose peractum fuisse; ut nimirum ex praerogativa dicata.

dicata opinione, quae illum Passionis S. Agnetis libellum divo Ambrosio adtribuit, sincera sancti Doctoris Opera eidem consentirent? Quid quod, ex ipso Passionis libello liquet, ejus auctorem nedum omnis eruditionis expertem fuisse, sed & moris, qui tum obtinebat, omnino ignarum (quod de doctissimis quidem, ac Sanctissimis Viris Ambrosio, & Prudentio, nisi fatuus, atque improbus vel animo, & cogitatione effragere nemo audebit) quum imperantis Constantini Magni filios, Crispum, nempe, Constantinum, Constantium, & Constantem, Augustos nuncupat, & Imperatores. *Constantia*, inquit, *reversa ad palatium fecit gaudium* & patri *Augusto*, & fratris *Imperatoribus*... *Interea patrem, & fratres Augustos rogat, ut Basilica beatae Agnetis construeretur*. Inauditum siquidem fuit, Imperatoris filios, qui nondum in societatem Imperii adsciti fuerant, Augustos, & Imperatores conclamari. Inde vero plane dignoscitur, praefatum Passionis libellum longo post Agnetis Martyrium tempore fuisse confectum, ac propterea, ut dubiae fidei, imo & nullius autoritatis opus, esse rejciendum. Idque vel luculentissime confirmant ea ipsius libelli verba: *Quotquot credentes ad ejus* (S. Agnetis, *tumulum advenissent, salvabantur, quod facere Christum, nullus ambigat, usque in bodiernum diem*. Qui dies quodnam a S. Agnetis obitu aevum designet, nos prorsus latet.

Verum, ut cetera, eaque innumera, quibus scaret libellus ille, menda praetermittam, hoc unum purum, putidumque ejus commentum proferam, quod omnem certe eidem libello auctoritatem detrudere videtur. Ex eo, scilicet, *Constantia Constantini Augusti filia, Regina, Virgo prudentissima, sed ita obsepta vulneribus, ut a capite usque ad pedes nulla membrorum pari libera remansisset*. *Accepto autem consilio, spe recuperandae salutis, venit ad tumultum Martyris* (Agnetis) *nocte: & licet pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat*. *Quod dum faceret, repentina somni suavitate corripitur, & videt per visum beatissimam Agnetem, talia sibi monita proferentem: Constante aetate, Constantia, & crede, Dominum Jesum Christum Filium Dei esse Salvatorem tuum, per quem modo consequeris omnium vulnere, quae in corpore tuo patris, sanitate. Ad hanc vocem Constantia exigit sana*. *Perseveravit autem Constantia, Constantini Augusti filia, in virginitate, per quam multae Virgines, & nobiles, & illustres sacra velamina susceperunt*. Haec tenus ille Libellus. At nullus ex coaevis, atque probatis Historicis plures, quam duas Constantino Magno filias tribuit, *Constantiam*, scilicet, & *Helenam*. Et Constantina quidem, cujus integrum nomen, Flavia Julia Constantina, ut ex numismatibus sub Constantino Magno cufis patet, duos, teste Ammiano Marcellino, habuit Viros, priorem Hannibalem, alterum Gallum: nec innocenter adeo vixit, ut sanctitatis titulo meruerit insigniri, utpote quae *femina crudelitatis face incensa, furens, nova Megaera*, ab eodem auctore adpellatur. Helena vero Juliano Apostatae fuit in matrimonium conlocata. Eoque igitur tertia illa Constantini Magni filia, Constantia Regina, Virgo prudentissima, quam praedictus Passionis S. Agnetis Libellus, & ex eo auctores Actorum SS. Martyrum Johannis, Pauli, & Gallicani, quae idcirco ab eruditissimis Viris refelluntur, S. Aldhelmus, Anglorum Episcopus, veritate saeculo Christi septimo, clarus, alique sequioris aevi Scriptores, quos laudat Bollandus, comminiscuntur? Et quae eam Eusebii Constantini Magni gestorum, & in Virgines praefertim observantiae laudator immensus, subticuisset? Imo vero quid de ea conticuit universa illorum temporum historia? Equidem ex veteri Epigraphe marmorea, quam apud Basilicam Sanctae Agnetis ad viam Nomentanam olim adfixam fuisse, testatur Baronius, constat, ipsam Basilicam a Constantina fuisse exstructam. Epigraphe autem erat hujusmodi.

CONSTANTINA . DEUM . VENERANS . CHRISTOQUE . DICATA  
 OMNIBUS . IMPENSIS . DEVOTA . MENTE . PARATIS  
 NUMINE . DIVINO . MULTUM . CHRISTOQUE . JUVANTE  
 SACRAVIT . TEMPLUM . VICTRICIS . VIRGINIS . AGNES  
 TEMPLORUM . QUAE . VICIT . OPUS . TERRENAQUE . CUNCTA  
 AUREA . QUAE . RUTILANT . SUMMI . FASTIGIA . TECTI  
 NOMEN . ENIM . CHRISTI . CELEBRATUR . SEDIBUS . ISTIS



TARTAREAM . SOLUS . POTUIT . QUI . VINCERE . MORTEM  
 INVECTUS . COELO . SOLUSQUE . INFERRIS . TRIUMPHUM  
 NOMEN . ADHUC . REFERRENS . ET . CORPUS . ET . OMNIA . MEMBRA  
 A . MORTIS . TENEBRIS . ET . CABCA . NOCTE . LEVATA  
 DIGNUM . IGITUR . MUNUS . MARTYR . DEVOTAQUE . CHRISTO  
 EX . OPIBUS . NOSTRIS . PER . SAECULA . LONGA . TENEBIS  
 O . FELIX . VIRGO . MEMORANDI . NOMINIS . AGNES .

At nec Regina Virgo, uti somniat Passionis Libellus, nec Constantia Constantini Magni filia, nec S. Agnetis ope sanata dicitur ea, cujus sumtibus erectam ejusdem S. Agnetis Basilicam in recuperatae valetudinis monumentum, prodit idem Libellus. Quod enim in laudata Epigraphe Constantina, ejus Ecclesiae fundatrix, uti jam advertit Baronius, quam quod, ejuratis idolis, eadem Christo nomen dederit. Quae quidem in aliquam matronam Romanam, nomine Constantiam, non vero in Constantiam, Constantini M. filiam Virginem, quam Libellus ille supponit, competere facile possunt.

Aetori Chal-  
daicorum ge-  
nuitas .

In Actis contra Chaldaicis, seu Syriacis, quae heic exhibemus, nullum ejusmodi vitium occurrit: imo vero omnes sinceritatis, atque puritatis notas eadem praeferre, quisquis intelligit, qui sese in versandis criticis praecipit, ad discernenda Acta Martyrum sincera ex Tellemontio potissimum, Ruinarto, & Bailletto per Cl. V. Honoratum a S. Maria, Carmelitam Discalceatum nuper editis, exercuerit. Ad haec addedit Codicis Chaldaici Nitriensis Vaticani I., unde ea fideliter desumpta sunt, antiquitas, quam mille ducentos & septuaginta annos superare, jam in Praefatione Generali ostendimus: necnon eorumdem Actuum Chaldaicorum cum Menologio Basiliano, & Graecorum Menaeis omnimoda fere congruentia; ita ut satis inde adpareat, ex ipsis Actis Chaldaicis Graeca sanctae Agnetis elogia fuisse excerpta, vel, quod mihi verisimilius est, utraque ex fursori Graeca narratione concinnata; ut conjicere est ex his, quae de vi, & significatione nominis S. Agnetis Syriacus Interpres initio Actuum profert: *Quam, nempe, Graeci Agnetem, cam nos Puram dicimus.* Porro qui Eusebianae scriptio adfuerunt, non dubitabant, quin Acta ista ipse Eusebius Caesariensis exaraverit: quamvis enim in superiori Dissertatione de Eusebiana Actuum Martyrum Collectione, praeter librum de Martyribus Palaestinis, sua aetate coronatis, nullum alium de antiquis Martyribus fuisse ab Eusebio conscriptum demonstraverimus; in eo tamen operam suam posuisse Eusebium, ibidem adfirmavimus, ut Acta, & monumenta, quibus essent ab aliis consignata Veterum Martyria, colligeret, eorumque collectionem ad aliorum utilitatem emitteret: quumque Sanctae Agnetis Acta Martyrii, quae prae manibus habemus, ejusdem Eusebii venam, & ingenium usquequaque spirent, eadem ex Graeco fonte Syriace, seu Chaldaice, in gratiam popularium suorum, fuisse ab eo adornata, plane credimus. Ceterum aemo inficiari potest, Martyrium hoc ab autore coaequali fuisse descriptum; uti manifestum est ex his verbis, quibus Syriacus Scriptor ad veritatem narrationis suae comprobendam, testes appellat, eos omnes, qui gloriosissimo S. Agnetis certaminis praesentes adfuerant: *illud, inquit, percommode cadit, quod infinito sit eorum multitudo, qui praeclara ipsius (Agnetis) gesta viderint, & commendaverint.* Quae quum ita se habeant, tibi interim, erudite Lector, inde statuendum permittimus, equam fidem S. Ambrosio, Prudentio, ceterisque Latinis authoribus, de Sanctae Agnetis mortis genere, deque aliis multis, in quibus ab Actis hisce Chaldaicis dissident, esse adhibendam, & an iisdem authoribus inconsulto acquiescere potius debeamus, quam Actuum nostrorum Scriptori, quem & coaequalem fuisse constat, & per vetustis Graecorum, Syrorumque Synaxariis ejusdem Sanctae Agnetis elogia suppeditasse, & nihil denique, quod, ad sinceritatem, puritatemque Actuum Martyrum adferendam, Critici Viri, atque eruditi desiderant, prodidisse?

Eorum Ser-  
ptur coevus .

S. Agnetis  
memoria, &  
cultus in Me-  
nologio Basili-  
ano .

Esti autem die xxi. Januarii Sanctam Agnetem passam fuisse Acta testentur, per vetustum tamen Menologium, jussu Basilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, ejus certaminis Elogium ad quintum mensis Julii diem refert his verbis: *Martyr Christi Agnes moribus nomini convenientibus ornata, comptures impudicas feminas, suis admoni-*

tionibus, atque cohortationibus a flagitiis avocatas, ad Christi fidem adduxit. Idcirco ab ejus loci Praefecto comprehensa, excruciatæ est: quumque recusaret idolis immolare, ad lupanar duci jubetur, ut ab incontinentibus violaretur. At illa in Christum confixa, cui Christi fidem suam, castitatemque observabat, incontaminata, puraque servata est, a Divino Angelo protecta, non permittente quemquam ad illam accedere, ex quibus unus ausus accedere repente exanimatus corruit. Quod audiens Praefectus, illam ad se arcesitam oravit, ut mortuum suscitaret. Sancta itaque orante, extemplo defunctus revixit. Ratus autem Praefectus, malefica arte illam id effecisse, flammis cremandam tradidit. Menologio Basiliano succinit Synaxarium Syrorum, quod ad eundem quintum Julii diem ista habet.

In Synaxario Syrorum.

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

Certamen Sanctæ Agnetis Martyris, cujus quidem mores castitate, ac puritate ejusdem nomen æquabant. Plures autem feminas impudicas ad meliorem frugem convertit, quæ a pravo vivendi ratione recedentes, in Christum crediderunt. Ea de causa Praefecti suscipitur, qui ipsam ad lupanar tradidit. Dei tamen potentia factum est, ut nemo ad illam accedere possit. Unus vero e scortatoribus, quum eidem adpropinquare auderet, illico mortuus concidit. Quod Praefecti renuntiatum, summa eum molestia affecit, rogavitque Sanctam Agnetem, ut defunctum ad vitam revocaret. Sancta itaque vix dum oraverat, quum mortuus, manifesta Dei virtute, vitæ restitutus est. Id tamen prodigium Magicorum artium vitio verentes Infideles, nebecienti in Sanctam iracundia concitati sunt, ipsamque flammis addixerunt. Atque ita Martyrium Agnes complevit, et Sancti adscensa est. Hucusque Syrorum Synaxarium.

Græci autem in Menæis tam excusis, quam manu exaratis Sanctæ Agnetis memoriam recolunt diebus xiv., & xxi. Januarii, & iterum die v. Julii. Quoniam vero Elogium, quod in ipsis Menæis ad diem vigesimum primum Januarii habetur, & ceteris proluxius est, atque adcuratius, & totum fere S. Agnetis Martyrium complectitur, illud unum heic proferam; ut nostrorum inde Aetorum auctoritas magis magicæ inclarescat. Ἡ αὐτὴ ἡμέρα, τῆς Ἁγίας Μάρτυρος Ἀγνῆς. Ἡ Ἁγία Μαρτυρ Ἀγνὴ ὑπέβητο ἐν πόλειος Ρώμης, γίνου λαμπρῶν ἅσπερ σφεσφουερ ἔχουσα τὸν βίον τῆς ὁδοῦμα. Πολλὰς γυναῖκας σφου ἐκλύθ' ἀπέσασε ἰδιδάσκου τὸ λόγον τῆς ἀληθείας, Ἐ τὸ Χριστὸν Θεὸν γινώσκου σφουρῖτον, καὶ αὐτὰ μόνα λαβῶν. Τύπου ἐν ἀκίαις ἐλθόντων τῶ Ἀρχιεπισκοπέ ἀπέχεται ἰουδίως, καὶ παροσπῖσα σφουρῖτον θύνη, ἢ ἢ καὶ θύσασα, ἐς πορησὸν ἀπαχιδί. ἢ ἢ, ἅν τοῖς θεοῖς ἐν θύσῃ, ἅν σφου τῶ παρητόμα μίλλα μοι ἰληγ. Θερασε θῖ τῶ θεῷ μου, ὑπ ἀπαρῆζομα αὐτῶν βοηθύμεθα ὑπ αὐτ. Ταῦτα ἀκίαις ὁ παρήτομα ἀρχων, ἐκαλέη τὸ πορησοκόν, Ἐ παρηδίδου τῶ πορητόμον Ἀγνὴν πομπύνη· μετὰ ἐσδύματ' ἰνῆς, ἐς ἐσδύσην πορησάζας. Ἡ ἐ ἡ παρητον ἐς τὸ πῶ παρησ ἰργασήμεν, καὶ πορησὸν ἰκασῶ σφουρῖσιμα βυλόμεθον, μεσῆος καλύοντες, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶσπῖμαθον πᾶντων ἀδύως, Ἐ ἀπερικῖπτος ταῖν πορησῖν καὶ, ἐσδύς ἀπεσδῶκον, καὶ τῶν ἐπὶσπῖμαθον ἠεβλύοντες, καὶ ὁς τοκῆρ δέικοντες τὴν τίς εἶνα πορησὸν μύγα. ἀλαζῶν καὶ τὰς ἐκαστῶς ὁποσίζων. ὁσῖς βυλυμαθῖς ἱππος ἰεσελθῶν, μετὰ παλλῶν τῶ ἠεσῶν, πορησῖσι τῆ Ἁγία παρητόν. καὶ σφουρῖμα γίγονε ἀπύς, καὶ ἐς γῶ κατῖπει, πλῆσις ἢ ὁσῖς διελθῶντες. ἢ ἐπὶ ἐκὴν παρησῶν κητόσσε λῆγον μεγάλη ἢ πῖσις τῆς Χρησῖαθῶν. ἢ ἐπὶ σπῖλαθῶντων ἢ καὶ τῆ λειπωθῖ, μεγάλη ἢ τῶ Χρησῖ δύσῃμα, μεσφονητὸν πᾶντες ἰεσῖσας. Ταῦτα μεσθῶ ὁ ἀρχων, παρησῖσας τῶ Ἁγία, ἠγασοι ἢ καὶ τὸ ἰκαθῶν ἱμπεροσο αὐτ. καὶ σφου :

In Menæis Grecorum.

λίγτ

λήγη ποταμῶν γαίμασι, πᾶσι δ' ἰσώσονται ἀνάστασις. Καὶ ἡ Ἁγία. Ὅτι ἐαλέδωσα ἐν ἕξειδι-  
 καί με ἴση, ἀπαγορεύεις με, συμπρολαθῆσθε μοι τῆς παλαιᾶς λαχρημοσύνης, καὶ πόλιόν μου ἴσα  
 παρ' ἰμοὶ θε καὶ τὴν ἦν ἐκδομίας ἀμύλων διπλά. καὶ ἡ ἀσθε, θε τῆς οὐρῆς ὅσα, ὅ  
 ὑστερὸν ποσειδῶντα, καὶ ἀλαζυνίας, καὶ θράσους, καὶ ἀφαιδία μου, καὶ μίση φωνῶν, ἕξ-  
 ῶσ ἀεργασθῶ, οἷον βλάστης ἀγρι. Ὁ ἀρχὸν φωνῶ. Καὶ τῆς ὕψος, ἡ Ἁγία ἀπὸς. Ὁ Κύριος,  
 καὶ ὁὐκ με ἀπέτηλε δ' Ἁγίλλοι ἀπὸς, ἕξεν γινώσκ κατ' ἰμῶν καλῶντα. Καὶ ὁ ἀρχὸν. Εἰ τίπυ  
 βόλα ἡμᾶς πᾶσα, ὅτι ἀλάθωσι λίγης, ὁφθαλμοὶ δ' ὀδοῦ σα, καὶ ἀνάσσει αὐτῶν. Τῶν  
 ἡ μέρους τῆς χιρῆς οἷς ἕξεν ἀεργασθῶ, καὶ ποσειδῶντα, ἀνίστη ὁφθαλμοὶ ὁ τῆς καὶ ὀξί-  
 στας ἀπασις ἐπὶ τῷ ὁφθαλμῷ τῶν θάυματ' καὶ αὐτῶς ὁ ἀρχὸν ἡ πόλις ἀνίσταται μί-  
 γαλλῆ ἡ δυνάμεις ἦν χερσῶν, καὶ μίγας ἐν ἀλαζυνίᾳ ὁ ὀδοῦ τῆς ἀρχῶντα γυναικῶς. Τι-  
 τῆς ἡ ἦν δυνάμεις, καὶ ἀπαθέρων ἕξεντα ποσειδῶντα τῶν ἀρχῶντα. Ἄρον αὐτῶν ἐν μίση, ὅτι ὁφ-  
 μαχῶντας ποσειδῶντα ποσειδῶντα τῶν ἀρχῶντα τῶν ἀρχῶντα ποσειδῶντα. ἀνα-  
 φθῆσις ἡ μίγας φλογῆς, ἡ Ἁγία κατὰ ποσειδῶντα ἰωνίῶν, ἀπὸ τοῦ θάματ' ἐν τῷ  
 μίση, καὶ τὴν ἀρχῶντα ἐπὶ τῶν ἀρχῶντα ἰχθῶσ, ἀνίσταται ποσειδῶντα Κύριον, τὸ σῶμα κατὰ πᾶ-  
 σα. μετὰ ἡ τὸ κατὰ πᾶσα τῶν ποσειδῶντα, φιλόχρηστῶς τῆς ἐν κενῶν λαβῶντας τὸ τίμιον  
 αὐτῆς λήψαντα, ἐνίμους ἐαλέδωσα δοξάζοντες τὸν ὀδοῦ: Sancta Martyr Hagne in urbe  
 Roma illustribus orta est natalibus. Vitam ea nomini convenienter instituebat, mul-  
 tasque feminas, ad se convenientes, verbum veritatis edocebat, ὅ, ut Christianum Deum  
 agnoscerent, hortabatur, atque eum solum venerantur. Quae quum essent ad Prae-  
 fectum perlata, comprehenditur illa protinus, ac sistitur tribunali, jubeturque Diis sa-  
 crificare: si renuat, ad lupanar pertrahi. Illa vero: Neque Diis tuis, inquit, immo-  
 labo, neque Virginitatis labem patiar. Spero, me Dei mei, cui confido, praesidio, in-  
 tētam evasuram. Haec audiens iniquissimus Judex, lenonem arcescit, Hagneque, sui  
 nominis vim, ac significatum integerrimis moribus exprimentem, ei tradit; jubetque, eam  
 unica amictam veste in pompa traduci ad ostentationem. Ut vero ad Satanae officinam perve-  
 nit, quicumque ejus pudori illudere cuperent, nemine prohibente, sed cunctis potius hortan-  
 tibus, ut libere, ὅ impune ea abuterentur, ingrediebantur: at subito stupore obrigestebat,  
 omni repressa libidine, mortuis similes. Tunc quidam, velut altum sapiens; jactabundus,  
 ὅ ceteris ante ingressis insultans, instar equi furorē quodam in venerem ruentis, impudenti  
 audacia adpropinquat Sanctae Virgini. At illico exanimatus humi corruit. Quumque baud  
 parum effluxisset temporis, unus eorum, qui adstabant, rem conspicatus, votiferatur: Ma-  
 gna fides Christianorum! Ingressi ceteri, una omnes voce conclamant: Magna Virginitatis poten-  
 tia! Quae quum Praefecto essent renunciata, sistitur denuo ejus tribunali Virgo, simulque  
 exanime corpus in conspectum protrahitur. Tum Praefectus: Dic, improba muliercula,  
 quo pacto adolescentem hunc interfeceris. Illa vero: Quum me, inquit, justisses debonestari,  
 continuo ut abducta sum, consequutus est adolescenti albis indutus vestibus, ὅ ingressus,  
 juxta me adstitit, ὅ ceterorum deinde juvenum cupiditatem resistit, ὅ quem heic exani-  
 mem intueris, eum ipse posterius cum impudentia, ὅ audacia ingredientem, priusquam me  
 contingeret, priusquam verbum proloqueretur, in illam, quam cervit, formam, modum-  
 que redegit. Praefectus dixit: Et qui ille? Hagne respondit: Dominus Deus meus Angelum  
 suum misit, qui fieri mihi injuriam prohiberet. At Praefectus: Si vis fidem tibi a nobis habe-  
 ri, invoca Deum tuum, ὅ hunc suscipit. Martyr vero, sublati in Caelum manibus, Deum  
 precata, statimque motus ad vitam rediit. Obstupuerunt universi ad inusitatum hoc prodigium,  
 atque ipse Praefectus, ὅ plurimi adstantium exclamarunt: Magna virtus Christiano-  
 rum! Magnus vere Deus generosissimae Virgini! Quidam vero impii, ὅ impuri succlamau-  
 runt: Tolle hanc e medio, quia Magici praestigii ea facit, quae usitato modo grandiora  
 videtur patrare. Ergo flammis conficit Virginem mandat. Quumque ingens exitatus rogus  
 esset, Sancta se ipsam signans, in medium flammarum intrepide ingressa: posteaquam vera  
 ore peregrisset preces, relicto corpore, migravit ad Christum. Flammis deinde residentibus,  
 Christiani quidam clam venerandas ejus reliquias colligentes, honorifice condiderunt, Deum  
 laudibus celebrantes. Haec Menaea: quae, ut vides, Aetis nostris adamussim fere con-  
 fonant, si pauca quaedam, eaque parvi ponderis, excipias, quae in Adnotationibus  
 mox adjiciendis designabimus.

nuarii Encomia S. Agnetis, ex Interpolatis tamen Actis, quae Sancto Ambrosio tribuuntur, excerpta, referunt: *Natale*, inquit Beda XII. Kalend. Febr. *beatissimae Agnetis Virginis*, & *Martyris*, quae tertio decimo aetatis suae anno in Urbe Roma passa est. Haec dum ab Scholis reveritur, a Praefecti filio adamatur, quam quum nullo modo sibi adficiere valisset, post multa tormenta in gutture ejus gladio percussa est. Passa est autem beata Agnes sub Praefecto Urbis Symphroniano, Vicario ejusdem Urbis Alpasso. Haec tamen Beda, qui Sanctam Agnetem fuisse in rogum conjectam, silentio dissimulat; nisi forte multorum tormentorum nomiae id quoque intelligendum esse voluerit. Quod tamen Ado eodem die 21. Januarii expresse sic memorat: *Romae Natalis Sanctae Agnetis Virginis*, & *Martyris*, quae sub Praefecto Urbis Symphronio, ignibus injecta; sed bis per orationem ipsius exsinctis, gladio percussa est. Eadem ferme, sed magis proluxa, habet Galestinus ad praefignatum diem 21. Januarii: *Romae*, ait, *Sanctae Agnetis Virginis*, quae *tredecim annos nata mortem perdidit, & vitam invenit; quia solum dilexit vitae Authorem. Primo enim Christi Jesu amore flagrans, constantissima voluntate, inviolatoque animo, & Symphronio Urbis Praefecti filio nubere, & Vestes cultum tribuere recusavit. Quamobrem Alpassi Vicarii, cui Praefectus illius causam delegarat, justu, in ignem Virgo conjecta, non laesa tamen, eo mirabiliter resincto; denum gladio percussa, migrat in Caelum.* Hodiernum denique Martyrologium Romanum, ut Utiardum, Vandelbertum, ceteroque Martyrologos Latinos praeteream, qui iisdem fere verbis Sanctam Agnetem concelebrant, ista ex Adone, & D. Hieronymo ad eundem 21. Januarii diem describit: *Romae Passio Sanctae Agnetis Virginis*, quae, sub Praefecto Urbis Symphronio, ignibus iniecta, sed bis per orationem ejus exsinctis, gladio percussa est. De ea beatus Hieronymus haec scribit: *Omnium gentium litteris, atque linguis, praecipue in Ecclesiis, Agnes vita laudata est, quae & aetatem vici & Tyrannum, & titulum castitatis martyrio consecravit.*

Eadem autem Latinorum Martyrologia Sanctae Agnetis memoriam iterum recollunt die xxviii. Januarii, ad quem diem & proprium ejus Officium, ritu tamen simpliciter perfolvendum, habet Breviarium Romanum. Et quidem morem huic duplici die celebrandi Agnetis memoriam, veterem esse Romae, patet ex antiquioribus Liturgiis Romanis, Gelasiana, scilicet, & Gregoriana, in quibus duplex hujus Virginis Natale assignatur. Primum Gelasiana sic exhibet: *In Natale Sanctae Agnetis Virginis de Passione sua* XII. Kalendas Februarii. Alterum in utraque sic habetur: *Natale Sanctae Agnetis de Nativitate* v. Kalend. Februarii. Ita etiam habet Beda in Martyrolog. sincero apud Bolland. tom. 2. Martii. Semel tamen, XII. scilicet Kalendas Februarii ipsius festum celebratur in antiquissimis Calendariis Romano Bucherii, & Africano Mabillonii, sicut & in Missalibus Gothico, & Muzarabum. Porro *Nativitatis*, seu *Natalis* nomine cave intelligas ipsum diem, quo Agnes ex utero materno emissa, locum confluxit; sed eum dumtaxat, quo nata est Caelo, ut notat Pamelius in Sacram. Greg. apud Meratum tom. 2. pag. 499. edit. Rom. tum quia nata est, ut alii; tum quia ex Augustino ferm. 20. de Sanctis, nullius hominis nativitatem legitur celebrari post Natalis Domini diem, nisi unius B. Johannis Baptistae; & licet post Augustini aetatem celebrari coepit sit B. Virginis Deiparae Nativitas, & potuerit S. Gregorius, Augustino posterior, indicere festum cum titulo *De Nativitate Sanctae Agnetis*; quum tamen illa Deiparae Virginis ubique recepta fuerit festivitas, uti de Sancta Nativitate; de beata vero Agnete non habeamus, quod fuerit in utero matris sanctificata; hinc sit verisimilius, festum celebrari sive ob dedicationem illius Basilicae, sive ob adparitionem ejusdem Parentibus, & Constantiae, quam ferunt, octavo a S. Agnetis obitu die contigisse. Quare abrogato praefato titulo, in Calendario, & in hodierno Martyrologio Romano dicitur aptius: *Romae Sanctae Agnetis secundo*. Neque heic silentio praetereundum est, quod, quum ea in S. Agnetis adparitione agnum nive candidiorem ad ipsius dexteram statentem vulgata Acta perhibeant; inde profectum esse, nonnulli autumant, ritum quottannis benedicendi in extramurana S. Agnetis Ecclesia geminos agnos, ex quorum lana Pallia Pontificum conficiuntur; hinc quoque Agnetem cum agno depingi, & ad Magnificat ejus Officii die 28. Januarii hanc cani antiphonam: *Sans a dextris ejus agnus nive candidior, Christus sibi ipsam, & Martyrem consecravit.* Quid tamen de mirifica hac S. Agnetis

Festivitas duplex.

Ritus benedicendi agnos, ex quorum lana Pallia episcoporum conficitur, origo.

adparitione, deque ritus agnos in ejusdem Basilica benedicendi origine sentiendum fit, alii viderint, quibus sinceriora fortasse hujus rei monumenta suppetunt, quam quae adulerinus Passionis Sanctae Agnetis libellus oggerit.

A plerisque  
Patribus cele-  
brata.

Agnetem praeterea omnes fere Latini Patres conlaudant, Ambrosius praecipue lib. 1. de Virginibus cap. 2. ex quo desumptae sunt Lectiones secundi Nocturni Officii ejusdem S. Martyris, quod ad diem 21. Januarii, jussu S. Pii V. Pont. Max. sub ritu duplici celebratur, & de quo multa habet Galefinius in Not. ad Martyrologium, & Gavannus in Rubr. Breviarii Sest. 7. cap. 3. qui animadvertit, ob ejus (Agnetis) *ferititudinem egregiam, tam in Matutino, quam in Secundis Vesperis dici Psalmos de communi Virorum Sanctorum: eosdemque dicendi in Primis Vesperis in propria Ecclesia, sicut dicuntur in festo S. Agathae*. Et rursus ipse Ambrosius lib. ad Virginem lapsam, ubi eandem cum Thecla Martyrum antesignana conjungit, quam item variis locis passim commendat: sicut & D. Augustinus, qui de ipsa potissimum agit serm. 354. ad Continentes, ubi Agnetem Virginibus, Crispinam vero mulieribus imitandam proponit, S. Martinus Turonensis Episcopus apud Sulpicium Severum Dial. 2. S. Hieronymus passim Epist. 8. ad Demetriadem. Prudentius Hymno 14. quem Notis illustratum, una cum iis, quae S. Ambrosius de eadem Martyre habet lib. 1. de Virginibus cap. 2. Theodorici Ruinarus, ad genuinorum ejus Actorum damnum reficiendum, Collectioni suae inseruit. Fusius etiam S. Agnetis Martyrium exponit Maximus Taurinensis Episcopus in Homilia, quam de ipsius laudibus scripsit tomo v. Bibliothecae Patrum (quam tamen Homiliae incerti auctoris foetum esse Benedictini contendunt) Item S. Damasus Papa in duobus Epigrammatibus, quae de eadem, & Basilica ipsius pepigit, quaeque in Collectaneis Christianorum Poetarum habentur. Fortunatus in vita Sancti Martini ex Severo, S. Adhelmus Anglorum Episcopus, Petrus de Natalibus, Roswida nobilissima virgo, Alexander Essebiensis Anglus, sexcentique alii, a Bollandi laudati, quorum in Sanctam Agnetem praecordia supervacaneum est heic proferre, tum quia plus nimio hoc Opus excreferet; tum vero potissimum, quod ea fere omnia ad supposititium illius Passionis Sanctae Agnetis Libellum exacta sunt.

Ecclesiae sub  
ejus nomine.

Ceterum Sanctae Agnetis cultum jam inde ab initio in totum late Christianum Orbem propagatum fuisse, satis superque ostendunt antiquissimae sub ejus nomine Basilicae a Fidelibus ubique terrarum erectae, quarum omnium celeberrimae sunt, quae etiam nunc Romae conspiciuntur, ad fornices, scilicet, Circi Agonalis, & via Nomentana extra Urbem. Illa quidem eo in loco, ubi Sanctam Agnetem productam fuisse tradunt Acta, ut ei pudicitia eriperetur, condita: quam Ecclesiam injuria temporum colabentem Innocentius X. Pamphilus a fundamentis inflauravit, atque ita magnifice exornavit, ut peregrini quotquot Romam adveniunt, eam inter Urbis miracula jure numerandam adfirment. Haec vero via Nomentana (quae a Porta olim Viminali, nunc, ea obstructa, a Porta Pia, quam Pius IV. Pont. Max. non vero S. Pius V. ut oescitans scribit Bollandus, aedificavit, Nomentum Sabinorum oppidum ducit) Sepulcro S. Agnetis superstructa est: ad quam Fideles convenisse, ajunt Faustinus, & Marcellinus in Praefatione libelli Praecum ad Impp. Valentianum, Theodosium, & Arcadium tempore Damasii Papae: ubi & Gregorius Magnus Homilias 11. & 12. in Matthaem ad populum habuit in ejusdem Sanctae Martyris die Natali. Eadem & Presbyterali Ecclesiae Romanae Cardinalatus titulo insignita est, non vero illa ad fornices Circi Agonalis, ut perperam adserit Bailletus, & adjunctum sibi atque cognomine habet insigne Monasterium, quod ex Sanctimonialibus Benedictinis ad Canonicos Regulares S. Salvatoris transfuit: de quo lege Mabillonii Iter Italicum pag. 83. Eximium autem veterum horum Christianorum in Sanctam Agnetem pietatis monumentum, aetate labefactum, primus reparavit Honorius I. qui, imperante Heraclio, Pontificatum Romanum gessit. Sic enim legitur in Libro de Pontificibus Romanis, qui tamen non paucis mendis scateat: *Eodem tempore (Honorius) fecit Ecclesiam B. Agnetis Martyris miliario ab Urbe Roma tertio, via Nomentana, a solo, ubi requisivit: quam undique ornavit, & exquisitis, ubi posuit multa dona. Ornavit autem Sepulchrum ejus ex argento, quod pensavit libras cccxii. Posuit & desuper Ciborium aereum deauratum mirae magnitudinis. Fecit & Gabatos aureos*

qua-

quatuor, pensantes singulos libras singulas. Fecit *Abfidam* ejusdem Basilicæ ex musbro, ubi etiam multa bona obtulit. Sub finem quoquo Octavi Seculi Hadrianus I. Papa, ut scribit in ejus vita Anastasius Bibliothecarius, Ecclesiam B. Agnetis Martyris, seu Basilicam B. Emerentianæ, pariter etiam & Ecclesiam B. Nicomedis, sitam foris Portam Numentanam, simul & Coemeterium B. Hippolyti Martyris juxta S. Laurentium, quæ a proficis marcurat temporibus, a novo renovavit. Longo post tempore Julius II. qui ab ultimo Octobris 1503. ad 21. Februarii 1513. sedit, Ecclesiam S. Agnetis refecit, teste Ciacconio in ejus vita. Tandem ad ipsius Ecclesiæ instaurationem animum adiecit Alexander Medices, qui deinde Pontifex Maximus Leo XI. dictus est. Opus ab eo coeptum prosequutus Paulus Aemilius Cardinalis Sfondratus, Gregorii XIV. nepos, insigni laqueari eam Aedem ornavit, ac majorem Aram instaurare adgressus, Corpora Sanctarum Agnetis, & Emerentianæ invenisse fertur, quæ postmodum honorifice a Paulo V. ipsis S. Agnetis feris reposita fuere. De eodem Cardinali Sfondrato scribit Ciacconii ampliator: *Sanctarum Virginum & Martyrum Caeciliae, & Agnetis Corpora* (aliorum Caelitum Lipsana silentio modo praeterito) quæ fuit, invenit, religiose condendo curavit, utriusque templa (Caeciliae in primis) non vulgari cultu decoravit: in S. Caeciliae nonaginta, in S. Agnetis decem lampades perpetuo die nocteque suo aere præcepit ardere. Ipse quoque Paulus V. Divis Agneti, & Emerentianæ Virginibus & Martyribus Aram ex pretiosissimis lapidibus, opere testellato florido in earum templo extraurbano erexit, illarumque sacra pignora in arca argentea pretii 5000. nummorum aureorum recondidit. Sacris Pontificiis cum majestate faciendis tiaram Episcopalem adamantibus, & unionibus distissimam pretio 70000. aureorum comparavit; ut tradit Abrahamus Bzovius in vita ejusdem Pontificis apud Ciacconium.

Quamquam autem Corpus S. Agnetis sub Ara ipsius Basilicæ ad viam Nomentanam maxima fuisse a Cardinali Sfondrato repertum, & a Paulo V. ibidem honorifice repositum, ex laudatis modo Scriptoribus retulerimus, nequaquam tamen inde concedi posse videtur, omnia ejusdem Sanctæ Martyris Lipsana ibi adservari. Nam, teste Octavio Pancirolo, in Ecclesia S. Salvatoris, quæ ad Scalas Sanctas nuncupatur, B. Agnetis Caput theca argentea inclusum custoditur: Brachium, ac Digitus unus in Vaticana S. Petri Basilica: quaedam aliae ejus reliquiae in Sanctæ Mariæ Majoris: pars vestis in S. Ludovici, pars Zonae in S. Marthæ Monasterio juxta Collegium Romanum, & aliae in aliis Sanctæ Agnetis Ecclesiis, quas plures in Italia existat, quasque aliquam sibi ejus exuviarum partem vindicare, patet ex Sanctuarii Peregrini Merulae Cremonensis, & Capuano Michaëlis Monachi. Quin & Parisiis celebratissima S. Eustachii Ecclesia olim sub titulo Sanctæ Agnetis erecta, quæ ejusdem, uti præcipue Patronæ, festum etiamnum cum Octava colit, varias ipsius reliquias sibi adrogat. Quidquid in eisdem thesauris adservandis nedum Bruxellarum, Antverpiæ, Coloniae Ubiorum, verum & innumerae aliae Christiani Orbis Ecclesiæ gloriantur.

Ut ut tamen ea res se habeat, quam in medio relinquimus, ut pote ab hujus nostri Operis instituto alienam, illud certe silentio præterire non patimur, quod de Corporis Sanctæ Agnetis in varias Orientis, atque Occidentis partes Translationibus vulgo perhibetur: quas quidem omnes, ceu commentitias, rejiciendas esse, ex mox dicendis manifestum est. Harum autem Translationum prima hunc fere in modum ab Antonio Vincentio Domeneco describitur. Agnes fuit quaedam Constantinopolitani Imperatoris, Marciani fororis filia. Ea quum se ruri oblectaret, atque ex fonte, quem offenderat, capta aquae specie, & perspicuitate, gustasset; repente a genio malo correpta, magno avunculum Caesarem moerore percussit. Cui quum eam ob causam placuisset supplicationes institui, vox Divinitus exaudita est, quæ Virginem, nisi Constantinopolim ejus Divae, quæ ignem illaesa subsistat, adlato corpore, negabat posse liberari. Responsum obscurum iteratis supplicationibus audita vox declaravit, eam esse Agnetem interpretata, ad urbem Romam tumulo inclusam e marmore. Legatione missa, a Romanis propter religionem Virginis Corpus, non precibus, vix terrore auferri potuit. Delatum Constantinopolim, maxima laetitia, clarissima pompa ad aedem suam vehabatur: cui quum adpropinquasset, illico jumenta antonita, non ultro, non citro agi

Ejus Reliquiae.

Variae ejus Corporis inventiones, & translationes, ceu commentitiae rejiciuntur.

poterant. Verum quum sese universi humi abjecissent, Deum obsecrantes, ad Regiam sponte, quae prope ab Sanctae Sophiae sita erat, recta iter capiunt. Erat in ea sacellum, in quod, iussu Caesaris, inlatae sacrae exuviae, atque ad eas adreptitia illa perducta: quae illico humi conlapsa, horam jacuit, mortuae similis. Terrorem augebat furfur teter, atque horribilis: Quid me torques? Quid pellis? Quid exagitas? Virgo Sancta. Neque ita multo post pulsus, dejectusque est, illa, ingenti omnium gratulatione, gaudioque, liberata. Sciscitanti deinde avunculo Caesari, quid illi factum esset, quum humi adficta deliquo animi jaceret, confirmavit, tenellam Virginem sibi ita conloqui visam: Sese Agnetem esse, jubere excedere turpem genium, reverti vetare: tum visum evanuisse. Caesar religione compulsus, Agnetem subinde isthelic honorifice condidit, tumulum auro tegi, ornari gemmis, imperavit. Haestenus primae Corporis S. Agnetis Translationis historiae compendium, quam & Baronius sub Marciano Imperatore contigisse, scribit in Notis ad Martyrologium Romanum die 21. Januarii. At Theodorus Lector Collestan. lib. 2. eam ad tempora Theodolii Junioris revocat: *Sub illius*, inquit, Theodolii, nempe Junioris, quem Marcianus A. C. 450. excepit, *Imperio depositae sunt reliquiae Sanctorum Stephani, Laurentii, & Agnetis in Martyrio S. Laurentii vigesima prima Septembris, & celebratur isthic haestenus eo die ipsorum memoria.* Uter autem audiendus Domenecus, an Theodorus Lector? Neuter profecto. Nam praeterquamquod confictae ab eis narrationes sese invicem convellunt, & fabularum notas liquido praesegerunt, nulla certe in Graecorum Menaeis, ac Menologio Constantino-politano hoc die eorum exstat mentio; uti ne die quidem 27. Septembris, qui dies in Latina Theodori versione erat expressus. Eandem ob causam falsi arguendus est Nicephorus, qui suppositam hanc Translationem Pulcheriae adtribuit, ac proinde cum Theodoro Lectore, Baronio, & Domeneco pugnat. *Fama*, ait lib. 14. cap. 10. *sane obtinuit, in aliis quoque multis rebus Deum Reginae buic (Pulcheriae) futura praedixisse, maxinaeque religionis, & pietatis ei, atque eius fororibus, quae & ipsae idem vitae institutum coluere, testimonium perbibuisse. Nam & Laurentis Martyris, & Agnetis reliquias inventas Constantinopolim intulit: ubi & Aedem amplitudine maximam, elegantiaque pulcherrimam construxit.* Quibus quidem verbis etsi Translationis hujus annum Nicephorus haud exprimat; attamen id a Pulcheria factum fuisse, anteaquam Imperium ipsa, Fratre A. C. 450. defuncto, capesseret, luculenter demonstrant haec, quae ibidem Nicephorus ipse de exuviis S. Anastasiae statim subiungit, verba: *Quum vero illa (Pulcheria) Imperium gereret, Gennadius autem Constantinopolitanae Ecclesiae praesetet, reliquiae S. Anastasiae pharmaceutriae Sirmio adlatae &c.*

Altera Corporis Sanctae Agnetis Translatio, juxta eundem Domenecum, ita accidit. Guilielmus Guilielmi filius, Viennae Comes, adita religionis ergo Hierosolyma, cum Constantinopolitano Imperatore biennium deinde convixerat. Quem quum sibi maximo amore obstrinxisset, aegreque pervicisset, ut rediret ei facere liceret in patriam, ab Imperatore, qui se, quod illi placuisset, id daturum esse, juraverat, SS. Antonii Abbatis, & Agnetis Martyris Corpora in Galliam abstulit, quae in Deiparae Virginis Aede, loco, qui *Motta* dicitur, conlocavit; inde in Monasterium, cui *Bages* nomen est, prope Manresam situm, postremo Manresam translata sunt. At die XVII. Januarii in Translatione Corporis S. Antonii, nulla S. Agnetis memoria occurrit: nec Corpus S. Antonii a Guilielmo, verum a Jocelino, sive Jacelino, Guilielmi Comitissilio, in Galliam adlatum perhibetur. Deinde innuit Domenecus, eundem Guiliel mum Corpus S. Agnetis dono dedisse Legatis Regis Castellae, ejusque fratris Toletani Episcopi: & quidem Regem illum conjicere esse Alphonsum VI., qui Imperator dictus. Atqui multo ante Alphonso VI. aetatem, qui ab anno 1108. ad 1150. Regnum tenuit, invectae dicuntur in Galliam S. Antonii exuviae. Neque Alphonso VI. verum Alphonso VII. fratrem habuit Sanctium Episcopum Toletanum. Quare neutiquam adsentimus Johanni Bollandio, qui Translationem reliquiarum S. Agnetis in Ecclesiam Manresanam, utpote ex ejus loci monumentis a Domeneco haustam, fidem omnino mereri contendit. Si etenim neque Constantinopolim, neque in Galliam, ut ex haestenus dictis liquet, Sanctae Agnetis Corpus translatum est, qui comprobanda Translatio illa, quae nisi

nisi admissis prioribus, fieri non potuit. Ecquis praeterea nescit, privatas passim Ecclesias, non secundum scientiam, sed pro sua pietate, prociidisse venerationis, & cultus monumenta, quibus tamen nullam eruditi viri fidem adhibeat, nisi ea vel aliunde confirmantur, vel omnes superent difficultates? Demum praetermissis pluribus aliis Corporis S. Agnetis in varias Occidentis Ecclesias Translationibus, quae una cum miraculis, a Deo per ipsam S. Martyrem ea occasione patratas, describit Bollandus, & quorum falsitas ultro sese legentibus prodit, multo quidem absurdior mihi videtur eorum opinio, qui Corpus laudatae Agnetis, regnante Clodoveo I. in Galliam fuisse adlatum, sibi persuadent, ex eo potissimum, quod hujusce Translationis mentio in hiltoria Inventionis Reliquiarum SS. Agnetis, & Benigni, earumque ex Gallia in Hollandiam Translationis habeatur. Nam praeterquam quod nec annum, aut diem, nec locum ejus Translationis adignant, absit, ut hiltoria illa, quam modo inauimus, etsi ex veteri ms. Pauli Ultrajecti eruta, emunctae naris virorum calculo, sicuti contendit Bollandus, sit unquam comprobanda. Et vero ibi inducitur Sancta Agnes, ita Amovinum rusticum hominem adloquuta: *Vigilas, vigilasne, Anolavine? Sum Agnes Virgo Christi... Vade ergo, & dic Lamberto Presbytero, ne sumet ipse in damnum diutius protelet, corpus Benigni Martyris, & meum terra effodiens in lucem proferre: ipse etenim est Carnotensis Episcopus, qui pro Christi nomine sanguinem effudit, meus & filiolus spiritualis exiitit, quem de matre fonte regeneratum sublevans mihi adoptavi in filium, nunc & gratulor in Caelis adesse consocium.* Porro, ut mihi faciamus plura, quae vel a lippis, & tonforibus censoria virgula facile notari possunt, is Benignus, cujus memoriam Martyrologium Romanum recolit die 1. Novembris, Divionensis fuit Episcopus, nequaquam vero Carnotensis; nec in vulgatis, probatissime Carnotensium Episcoporum Catalogis ullius Benigni Martyris, Sanctae Agnetis filioi spiritualis, nomen occurrit. Qui praeterea fieri posset, ut ille idem Benignus Martyrium sub Aureliano Imperatore, seu circa A. C. 273, ut autumat Bollandus, perpassus; de sacro tamen fonte a S. Agnete susceptus esset, quae ex concordii Martyrologorum sententia, nonnisi circa annum Christi circiter 304. duodecimo vel decimotertio aetatis suae anno mortem oppetiit?

Sua itaque cadit causa Joh. Bollandus, qui ad diem 21. Januarii Sanctae Agnetis Martyrium seculo tertio contigisse putat, ob duas, scilicet, quas ibidem adfert, rationes. Primo, quod in ejusdem S. Agnetis Inventionis hiltoria, quam modo refellimus, haec dicatur, Sanctum Benignum e baptismi fontibus suscepisse, cujus Martyrium ad Aureliani Imperatoris tempora revocat vir eruditus. Alterum argumentum desumit ex ipsius Agnetis vulgatis Actis, ubi, jubente *Aspasio Vicario*, in ignem praecipitata fertur. Quin & in ms. Codice S. Maximini Trevirensis haec habentur. *Tunc Vicarius Aspasius, nomine Paternus, Proconsul, ex Domini, & Principibus suis Valeriano, & Galiano iussit, &c.* Verum, ne invictas vulgatorum S. Agnetis Actorum, ejusque Reliquiarum Translationis, atque Inventionis hiltoriae confutationes, a nobis hucusque prolatas; Bollando, ejusque fautoribus heic iterum opponamus, postremum hoc argumentum ex ms. Cod. S. Maximini desumptum, tori repugnat antiquitati: nusquam enim alibi legimus, aut audivimus, Vicarium Praefecti Proconsulem fuisse adpellatum, aut Romae Proconsulem existisse. Quocirca, quum haec omnia ex scriptis penitus incertis hausta sint, nihil nos movent; multoque verisimiliorem eorum sententiam arbitramur, qui Agnetis nostrae passionem anno Christi circiter CCCIV. consignat. *Satis apparet*, inquit Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. die 21. Januarii, *S. Agnetem in ultima Ecclesiae Persequutione fuisse Martyrio coronatam.* Congruunt, ex ipsomet Bollando, plerique antiquiores Martyrologi, quibus nos addimus Ruinartum, Tillemonium, Bailletum, ceterosque nuperrimos Ecclesiasticos Scriptores, qui in eandem sententiam nobiscum concurrunt. Porro ultimae Persequutionis nomine, in qua passam fuisse Agnetem, Baronius scribit, nemo non Diocletianeam, quae a D. Augustino lib. 18. cap. 52., & Orofio lib. 7. cap. 27. Decima adpellatur, plane intelligit, etsi in adsignando tempore, quo ea exorta est, dissideant inter sese, atque discordent gravissimi auctores. Baronius siquidem, & Petavius, illam anno Diocletiani XIX. Christi vero 302. excitatam contendunt; Ruinartus autem, ejus initium ab anno Christi 293. accen-

Martyrii tem-  
pus.

fen.



ferendum esse putat, quo Diocletianus Decennalia Imperii sui celebraturus, se ut Deum adorari, & gemmas vestibus, calcamentisque suis inferi, iussit, quum antea, inquit Eutrobius lib. 9., *Imperatores in modum Judicum salutarerentur, & cblamydem purpuream plus a privato haberent*. At Pagius, Tillemontius, & prae ceteris Valefius in adnotationibus ad Eusebii Hist. Eccles. lib. VIII. luculentissimis argumentis probat, Edictum illius Persequutionis, anno decimo nono Imperii Diocletiani, ut scribit ipse Eusebius ibidem cap. 9., *mensis dystro*, quia Romanis Martius vocatur, emissum, in annum quidem a Partu Virginis secundum Eusebium 305. Verum iuxta aeram Dionysianam, qua nunc utimur, tertium & trecentesimo competere, quo, nimirum, ineunte Galerii Maximiani suafu, Edictum Nicomediae propositum est, quo (teste Laetantio lib. de mortibus Persequutor.) cavebatur, ut Christiani *carenti omni honore, ac dignitate, tormentis subiecti essent, ex quocumque ordine, aut gradu venirent: adversus eos omnes actio celeret*, Et. Eidem Valefio adstipulatus Pagius in Critica Baronii, subdit, laudati Laetantii testimonio controversiam tandem esse diremtam, & certam Valefii sententiam constitutam. Cui, quoniam praeter diem passionis, Januarii, scilicet, 21. nullum aliud tempus Acta assignant, eo lubentiori animo subscribimus, quod, ut jam in praevia ad Acta SS. Stratonicae, & Seleuci admonitione inuimus, ex unanimi Chronologorum sensu, Diocletianus A. C. 284. Mense Septembri Imperium injerit, ejus vero Persequutionis Edictum ad annum ipsius Imperii XIX. qui alius esse nequit, quam Christi 303. ab Eusebio, Scriptore coequali, referatur: adeo ut numquam fatis inde argui possit eorum impudentia, qui ab Eusebio hac in re dissentiunt.

#### Mortis genus.

His extra omnem dubitationis aleam, si quid video, constitutis, nihil aliud tandem superest expediendum, nisi nodus, specie magis, quam re ipsa difficilis. Regetur enim aliquis, dilucide quidem vulgata S. Agnetis Acta corrupta, atque adulterina esse demonstrata; verum nihil inde imminutat Ambrosii, & Prudentii auctoritatem, scribentium, eam Virginem gladio Martyrium consummasse; quum tamen Chaldaicus Codex flammis ipsam Deo, tamquam purissimam hostiam perhibeat immolatam. Sed jam ostendimus, Acta nostra a coequali authore, quem contraxerit Eusebius, exarata, & omnes sinceritatis notas praeferre, & cum pervertuto Basilii Imperatoris Menologio, ac Syrorum, Graecorumque Synaxariis S. Agnetis mortis genus adprime congruere. Quare nihil obeit, quominus in manus S. Ambrosii, exeunte seculo quarto clari, & Prudentii, Ambrosio longe posterioris, interpolata quaedam, atque ab aliis depravata Sanctae Agnetis Acta incidierint, ex quibus ejusdem Elogia, quae ad nos pervenerunt, excerpserint, vel uti placet Baillete, ex traditione orali, quae, ut plerumque fit, falsa veris immiscet, hauserint. Praeterea nec S. Ambrosii libros de Virginibus, ubi praecipua S. Agnetis Elogia exhibentur, huic Sancto Doctore, ullo discrepante, adjudicantur: nec omnia ejusdem S. Ambrosii genuina Scripta adeo certa, atque adcurata existimanda sunt, ut, pace tanti viri dixerim, nullius ea adlucinationis arguere liceat. Videtis ejusdem praefertim librum de Abraham, a quo Reges quinque, e ductis trecentis decem & octo vernaculis, debellatos fuisse, scribit, quamquam ex Scriptura Gen. 14. constat, Abraham de quatuor, non vero de quinque Regibus triumphasse. Quidquod, nonne ipsi SS. Adelhelmus Anglorum Episcopus, & Maximinus Trevirensis ex lectione vulgatorum Agnetis Actarum, quae, ut praemonuimus, recentiores plerique omnes Scriptores doctrina perinde, ac pietate clarissimi, refellunt, in eundem impingere lapsum, & ipsam de Constantia Virgine, Constantini M. filia, fabellam, aliaque plura omnino incerta, ac supposita, quae Ambrosius, & Prudentius silentio dissimulant, in sua de Agnete praeconia retulerunt?

Si quis vero urgeat, ex S. Agnetis Martyrii genere, quod Acta haec Chaldaica produnt, recta consequi, falso sibi Ecclesias, quas recensuimus, ejus vindicare reliquias; is meo quidem judicio turpiter adlucinat. Nam, praeterquamquod non totum Sanctae Agnetis Corpus, flammis absumtum, in Actis nostris dicitur; atque adeo nonnullas saltem ejus ossium partes integras superfuisset verisimile est, nemo non ignorat, Martyrum cineribus, quos Christiani aequae ac cetera eorum membra religionis ergo colligebant, & tumulo condebant, eosdem prorsus honores, quibus adfici solent inte-













## ADNOTATIONES.

(1) **C**onsonat Sanctus Augustinus serm. 273. alias 101. de divers. cap. 6., ubi haec de S. Agnetis nomine: *Beata Agnē Sancta... Virgo, quae quod vocabatur eras. Agnes Latine Agnam significat, Graece castam. Erat quod vocabatur, merito coronabatur*. Hinc Graecia ἄγνη, *Hagne*: Latinis vero *Agnes, Agne, & Agna* dicitur.

(2) Menologium Basilianum, & Synaxarium Syrorum impudicas fuisse tradunt eas feminas, quae religionis ergo ad S. Agnetem turmatim confluisse heic dicuntur. Abiit tamen, ut integerrima Virgo Agnes hujusmodi mulierularum consuetudine fuerit unquam tusa.

(3) *Lenonem* Graeci in Menaeis die 21. Januarii, & 5. Julii Παρθενὸν adpellant, quod nomen Syriacus interpres retinuit. Unde magis magique haec Sanctae Agnetis Acta ex fustiori, quam desideramus, narratione Graeca fuisse concinnata, nobis persuademus.

(4) Vulgata Acta Latina, Sanctam Agnetem omnino nudam expositam fuisse, narrat, sed capillus suus, ne conspici posset, testam divinitus.

(5) *Locus*, in quem traeta est Sancta Agnes, ut ejus Virginitas violaretur, quique proinde Sacrosanctus fuit semper habitus, ad fornicis Circi Agonalis existitisse, nullus dubitat. Porro in fornicibus spectaculorum manere consuevit publica coorta offendit ex gravissimis veterum Scriptorum testimonium Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 21. Januarii. Inde ipsa *fornicandi* vox ducta.

(6) Hunc Sanctus Aidelhelmus Anglorum Episcopus lib. 2. de laudibus Virginitatis cap. 6. *Procopium* adpellat, quem & Praefecti Urbis filium fuisse, & Agnetem in uxorem petiisse, vulgata Acta referunt. Verum improbable omnino videtur, quod Praefecti filius ganeonibus se comitem publicitus addiderit: secus enim adolefcens dignitate adeo insignis, potiusdaec Virginis spe illectus, non omnium postremus, ut de eo homine Acta ferunt, sed primus quidem in lupanarium irruisset.

(7) In Menaeis die 21. Januarii. Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀρχαὶος παραίτησεν τὴν ἀγνίαν, ἤγαγεν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἱεροσολῶν ἀπὸς αὐτῆς. Non cohaeret syntaxis. Melius, ac familiaris vero Syriacus Scriptor, Praefectum ad Virginem perrexisse, ait, admiratione rei auditeae percussum: nam & iudicii ordo postulabat, ne cadaver ad Tribunal adferretur, sed potius in loco caedis a Iudice obseraretur.

(8) Christianas Virgines coortatoribus illu-

dendas passim fuisse traditas, sed earum pudorem divinitus servatum, liquet vel ex Actis SS. Martirum Petri, Andreae, Pauli, & Dionysiae Virginis, quae Godefridus Henschenius ad pervetustos quinq.ue Codd. mss. conlata edidit die 15. Maii; tum vero ad alios plures Codd. mss. recentita, & emendata Theodoricus Ruinartus suae Sincerorum Actorum Martyrum Collectioni inferuit, ubi haec de Dionysia Virgine: *Tu igitur sacrificata, ne surpiter se illam vivam incendam, ait ibidem Proconsul Epimovus nomine. Dionysia respondit: Deus meus Major est, quam tu; ideoque minas tuas non timeo... Tunc Proconsul tradidit eam duobus juvenibus corrumpebam... Juvenes ergo acceptam castissimam Dei puellam duxerunt ad suum hospitium. Quamque usque ad mediam noctem insperant, ut ei vim turpitudinis inferrent, marcescebat cupiditatis eorum libido. Circa autem mediam noctem quidam splendidas juvenes apparuit eis, illuminant totam domum. Illi vero timore percassi magno ceciderunt ad pedes mandissimae puellae. At illa elevavit eos dicens: Nolite timere, iste est enim timor meus, & castus, pro eo quod vobis a nequissimo Iudice sum tradita. At illi rogabant, ut interveniret pro eis, ne quid eis mali contingeret, &c. Quod & S. Basilium lib. de vera Virginitate confirmat: Quos, inquit, servos persequutionis immanitas electae Virgines propter Sponsi fidem ad illudendum impiis hominibus traditas, corporibus inviolatae perdurarunt: eo, scilicet, cuius gratia id perferrebant, impiorum conatus in earum carne irritos arguente, & integra earum corpora non sine prodigio, & virtute custodiente. Hinc Tertullianus in Apologetico, sic Gentiles increpat: Proxime ad lenonem damnando Christianam, potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae apud nos atrocitatem omni poena, & omni morte repuarari: nequiquam tamen profuit, exquisitior quaeque crudelitas vestra, illecebra est magis scetiae &c.*

(9) Congruit Menologium Basilianum, nec non Synaxarium Syrorum, & Menaea Graecorum die 21. Januar. & 5. Julii, ubi sic legitur: Γενναίας καὶ ἱσακιδίας ἑγμληματι ἀδαπττας. Δὸς πυρὶ ἀβυθόδοξα ἐς αὐτῆς τῆς θείης τὸ πνεῦμα παρέδωκε. *Magiae, & Incantationis crimine arcessita, ideo igni tradita, in eo spiritum Deo tradidit. Ad diem vero 21. Januarii additur: μετὰ ἧ τὸ κατὰ πῦρ λαβόντες τὸ τίμιον αὐτῆς λάβαραν ἐπιμας ἐπέδωσαν. Flammas deinde residentibus, Christiani quidam clam venerandas ejus Reliquias colligentes honorifice considerant. At Latina Acta habent: gladio percussam.*





## ADMONITIO

## In Martyrium Sancti PROCOPII.

Acta SS. MM.  
Palæstinorum  
Chaldaice ab  
Eusebio con-  
scripta.

**E**X Actis Sanctorum Martyrum Palæstinorum, quorum historiam concisam, jejunaque exhibet nobis Graecus Eusebii Caesariensis Episcopi Liber, de Martyribus Palæstinae inscriptus, quaeque tamdiu Eruditi Viri desiderarunt, ex vetustissimo Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano I. integra haec decem nunc primum in lucem prodeunt; Acta nimirum SS. *Procopii, Alphaei, Zaccbaei, Romani, Timothei, Apiani, Hedeſii, Agapii, Theodosiae Virginis, & Petri Abſelami*. Ea autem quoniam & laudato de Martyribus Palæstinis Libro adprime consentiunt, & Eusebii venam, atque ingenium undequaque spirant, germanum ipsius Eusebii foetum esse, nemo inficiari potest; id praefertim luculentissime confirmantibus his, quae singulis Actis praefiguntur, verbis: *Anno Perſequentionis, quae diebus noſtris excitata eſt* &c. Diocletianae etenim Perſequentionis, in qua Martyres, de quibus agimus, passi sunt, tempore Eusebium, utpote Caesariensis Ecclesiae tunc Presbyterum, in ea quidem urbe Palæstinae praecipua, perpetuo fere permanisse, & continuis hortationibus populares suos ad Martyrium instruisse, eorumque Passionis historiam conscripſiſſe, liquet ex ejus vita, quam sub ipsius Historiae Ecclesiasticae initium edidit Henricus Valeſius, vir sacrae antiquitatis studio, & summa eruditione clarissimus.

Græca S. Pro-  
copii historia,  
quae in lib. de  
Martyribus  
Palæstinae ha-  
betur, contra-  
cta, atque trun-  
cata.

Porro Graecam S. Procopii, Martyrum Palæstinorum in Diocletianae Perſequentione caesorum antesignani, historiam, quae in laudato de Martyribus Palæstinae Libro habetur, ab alia fusiori, atque explicatiori fuisse contractam, atque truncatam, certum exploratumque est: nam quae ad patriam, vitaeque institutum pertinent, omittere nunquam confuevit Eusebius. Haec vero ex perantiquo Codice Monasterii Musciacensis omnium primus vulgavit laudatus Valeſius in Notis ad caput 1. libri Eusebii de Martyribus Palæstinae, quem ad octavum ejus Historiae Ecclesiasticae librum adjecit, eandemque, ad tres Codd. mss. primum scilicet Bibliothecae S. Germani, alterum Corbejenſis Monasterii, tertium vero Bibliothecae Colbertinae conlatam, in suam sincerorum Actorum Collectionem reſtulit Theodoricus Ruinartus. Cui quam paucis exceptis, quae a Graeco, Latinove Interprete interpolata fuerunt, quaeque in Adnotationibus huic Martyrio subnectendis perſtringemus, adamuſſim respondeat Chaldaicus noster Codex, eundemque omnino ordinem praeferat, de illius quidem ingenuitate, atque autoritate dubitare non licet. Imo vero quum S. Procopius Sacrorum librorum e Graeco in Syriacum sermonem in Ecclesia Scythopolitana Interpres dicatur, plane inde colligitur, Syriacum, seu Chaldaicum idioma Palæstinis tunc vernaculum fuisse; atque adeo ejusdem Procopii, quemadmodum & aliorum Martyrum in Palæstina coronatorum, Acta Syriace, seu Chaldaice ab Eusebio fuisse primum exarata, eademque haec ipsa esse, quae prae manibus habemus, omnino tenendum est. Neque enim verisimile est, Eusebium, quam in usum popularium suorum, & in ovium sibi concreditarum solatium scribebat, Martyrum historiam iis literis consignasse, quas non omnes callerent.

Chaldaicum  
seu Syriacum  
idioma Palæ-  
stinis vernacu-  
lum.

S. Procopii  
memoria, &  
cultus apud  
Latinos.

Procopium autem Martyrem colunt Latinorum Martyrologia tam vetera, quam recentiora die 8. Julii, his ferme ubique verbis. *In Palæstina Sancti Procopii Martyris, qui sub Diocletiana Imperatore ab Scythopoli ductus Caesarem, ad primam responſionem ejus confidentiam a Juce Flaviano (seu ut habet hodiernum Martyrologium Romanum) Fabiano, capite caesus est. Quibus quidem verbis Procopium nostrum Lectorem, & Exorcistam designari, nemo est, qui non videat, quem & Synaxarium Graecum a Sirmondo editum commemorat eodem die 8. Julii: Passio, inquit, S. Procopii Exorcistae in Caesarea Palæstinae. At in reliquis Graecorum Fastis eo quidem die S. Procopius celebratur, sed Magnus Martyr, & Copiarum Dux dicitur, cujus Acta admodum prolixa habent Lipomanus, & Surius, stylum & ingenium Metaphraſtae referentia; ex quibus desumtum est ejus encomium, quod ad praesignatum diem 8. Julii exhibet Menologium Basilianum. Est autem hujusmodi: Certamen S. Magni Martyris Procopii, Magnus Martyr Pro-*

Et apud Graecos.

pius

pius in Urbe Aelia Christiano patre, matre pagana natus, imperante Diocletiano, post patris obitum a matre educatus, eidem Diocletiano oblatuſ eſt, ut ad honores p̄moveretur. Quare Alexandriae Dux creatuſ, illuc mittitur, non modo hoſtibus bellum inlatuſ, verum etiam Chriſtianis. Domum itaque ſuam pergens, audivit vocem e Caelo lapſam, dicentem: *Adoleſcens, deſine pugnare adverſus ſervos meos, ne moriaris. Oſtenſa inſuper ipſi eſt Crucis figura. Quamobrem Scythopolim proſectus, aurifcema ad ſe venire juſſi, eique praecipit, ut ſecundum oſtenſam ſibi figuram, Crucem eſſingeret; quam deinceps geſtavit. Quum vero de Saracenis iraphaea vetuſiſſet, atque domum rediſſet, a matre ad Imperatorem delatuſ eſt, quod Chriſtianuſ eſſet. Idcirco variis cruciatibus adſectus, patris ab ipſo miraculis non modo alioſ comptures ad Chriſti fidem convertit; verum etiam matrem ipſam, & aliquot mulieres, cum quibus capite plexuſ, ad Deum migravit. Eadem ſere leguntur in Menaeis excuſis, & in Menologio Slavo-Ruſſico, in quo tamen perperam Procopiuſ dicitur paſſuſ a Licinio ſub Conſtantino: & in Synaxariis Syrorum, Coptitarumque, nec non in Menologio ms. Eccleſiae Conſtantinopolitanae; quod videtiſ apud Bollandianos. Ex Novella autem Manuſelic Comneni Imperatoris vacabat apud Graecos Tribunal die 8. Julii ob Feſtum Magni Martyriſ Procopii. Sub cujuſ etiam nomine, praeter Eccleſiam apud Scythopolim conſtruſtam, cujuſ meminit Cyrilluſ in vita S. Sabae, tres olim Conſtantinopoli exiſtiſſe, teſtantur Codin. Orig. CP. 18. 36. & Gang. in CP. Chriſtiana lib. 4. Sect. 6. n. 83. & 84. Quarum quidem prior a Conſtantino Magno aedificata eſt, tum a Zenone inſtaurata: altera vero a Juſtiniano, quam incendio abuſumta reſtituit Antonina Belifarii vidua; tertia demum a Conſtantino Pogonato, qui obiit A. C. 685.*

Eccleſiae ſub  
ejuſ nomine.

An vero Procopiuſ Scythopolitanae Eccleſiae Leſtor & Exorcilla, cujuſ Martyrii hitoriam heic proferimus, idem ſit cum eo, quem Graeci, Syri, & Coptitae Magni Martyriſ, & Exercituſ Ducuſ nomine concelebrant, hauſd convenit inter Martyrologos. Et Baroniuſ quidem ad annum 308. Procopium Leſtorem ab Exercituſ Duce diſtinguendum eſſe putat: Quia inquit, *ille momentaneo ſerme Martyrio ſublatus eſt: iſte autem longo certamine ſatigatuſ, plurima meruit de diverſiſ tormentiſ ſtipendia.* Baroniuſ ſequuntur Valeſiuſ loc. cit. & Ruinartuſ in Admonitione praevia ad Paſſionem S. Procopii Leſtoris pag. 352. At Molanuſ, & Bollandiani contendunt, evincuntque, Procopium Martyrem, cujuſ hitoriam Eufebiuſ conſcripſit, & quem Latini coluat, ipſum eſſe, quem Graeci μεγαμαρτυροſ, ſeu Magnum Martyrem dicunt. Hiſ adtipulatur Tillemontiuſ, qui etſi non diſſiteatur, forte exiſtiſſe Procopium Copiarum Ducem, cujuſ hitoriam cum Procopio Eufebiano Graeci confuderint, ut ſaepe aliaſ eos feciſſe comperit eſt; ejuſ tamen Acta a Lipomano, & Surio edita merito reprehendit, atque reſellit; utpote quae oppleta ſunt iſi, quibuſ falſa Acta ſcatere ſolent, & ſpeciem referunt potiuſ tragoediae, quam verae hitoriae; ut Bollanduſ ad diem 19. Maii adfirmaverat. Ad haec adcedit, quod eorum author multo poſterior Diocletiano videtur, quum hitoriae illorum temporum ſit valde ignaruſ. Ediſtum enim ejuſdem Diocletiani contra Chriſtianoſ ante Perſicum, & Aegyptiacum bellum ponit, imo & ante Caefareſ creatuſ Galeriuſ, & Conſtantiuſ. Praeterea Procopium juvenem a Diocletiano Exercituſ Duce creatum, & Alexandriae miſſum ſcribit, ut non modo hoſtibuſ, verum etiam Chriſtianoſ bellum inferret: quod eſſe contra Romanorum inſtituta objicit Tillemontiuſ in Noxiſ ad Acta S. Febroniae, ubi Lyſimachuſ quum annorum eſſet viginti, a Diocletiano in Orientem ad Chriſtianoſ perſequendos cum militibuſ miſſuſ dicitur. Magiſtratuſ enim Romani non commendabant Juvenibuſ, neque Chriſtianoſ perſequutio. nes certis perſoniſ mandabat, ſed ordinariſ Praefectiſ, & Magiſtratuſ. Neque demum opuſ erat militibuſ ad eam rem, quum fatiſ eſſent praefidiſ inſtructae Provinciae. Quare neutiquam adſentimur Baronio, qui Graeca Procopii Acta originalia eſſe contendit, & ante Juſtiani Apoſtaram ſcripta; quod nempe author ſe ait vididiſ ſtatuum Chriſti Panedeſ ab Haemorrhoiſſa Evangelica poſitam, quam Juſtiani conſegregit. Id enim verſutuſ author ex Eufebio ad verbum deſcripſiſſe videtur, ut commentitium ſcilicet ſuum opuſ ratum apud poſteruſ faceret: ipſiſſima quippe verba in Eufebio Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 18. leguntur; ubi tamen nulla de Procopio Exercituſ Duce ſit mentio. Quis autem adduci poteſt, ut credat, Eufebiuſ, quum peculiarem de Martyri-

An duplex  
Procopiuſ.

buſ

bua Palaestinae librum scriberet, illum silentio praetermississe, qui tum officii praestantia, & mira conversione, tum prodigiis innumeris, & immanissimorum cruciatuum tolerantia, si Actis Graecis fides adhibenda, praecipuus supra ceteros ejusdem Provinciae fuisset? Tameñ enim Pancaeus aliquando in Phoenicia locetur, Acta tamen apud Lippomanum, & Surium diferte tradunt, illum passum in Palaestina; praesertim quum Romanum Antiochiae Martyrio perfunctum, quia tamen Palaestinus erat, non putaverit Eusebius omitendum.

Ceterum si quis facta Procopii Metaphrastensis, & Eusebiani inter se conferat, nihil potest esse diversius: nam Metaphrastensis Procopius, quem Graeci colunt, Dux Exercitus a Diocletiano factus est, additis mandatis, ut Christianos supplicis exagitaret. *ὡς αὐτὴ Ἀλεξανδρίαν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἐβόλας ὄντων τῶ βασιλείῳ τῆς κρῆσαντὸν τιμαρῶνται δι' ἐξέμῃος* ut Graeci legunt in Menaeis die 8. Julii. Deinde Crucis conspecto signo sibi in aere adparente, auditaque Christi voce, ad Sauli & Constantini Magni exemplum, ad fidem conversus, a matre delatus, a Caesarea Praefecto Ulcio, quem Justum vocat Surius, diris verberibus adfectus est, tum semivivus vinculis constrictus, a Christo mirabiliter solutus est, novumque Procopii nomen accepit, quum antea *Neonias* adpellaretur τῆ ἡ τῶ Κυρίου Ἐπίστασις τῶν διασῶν Ἐλύθῃ, & Περσῶντος ὁλοθῆν. Ad haec ad Templum adductus oratione confregit Idola. Tribunos duos Nicostratum, & Antiochum, matremque cum duodecim aliis mulieribus ad Christum convertit: denique variis, & acerbissimis cruciatibus vexatus, caesis cervicibus, migravit ad Christum. Cujusmodi sane nihil ad Procopium, cujus haec vitam, mortemque descriptam habemus. Atqui si tempora, loca, personarumque nomina, ac cetera, quibus historiae fides constat, perpendantur, nihil esse potest similis. Uterque nimirum sub Diocletiano passus est, quum ille in Italiam cogitaret, hoc est, primo Persecutionis anno. Uterque Scythopoli Caesarem abductus. Uterque, cervicibus gladio abscissis, caesus est. Uterque patria Aethiensa, sive Hierosolymitanus: Eusebianus autem domicilio Scythopolitanus, a quo non videtur dissentire Metaphrastensis. Graeci enim legunt *ὑποσῆμας ἐς Σκυθοπέλι*, post conversionem scilicet: ubi quum secreto curaverit fieri sibi auream Crucis imaginem, palmam fit, ibi amicos ipsi fuisse, notosque opifices. Praeterea sub Flaviano passus est Procopius Eusebii, ac sub eodem Procopius Metaphrastensis. Itaque vel facta unius alteri tributa sunt, vel tempora, & nomina alterius alteri data, vel Neaniae Martyrium Procopii nomine Metaphraustes consignavit, quum praesertim mutatum Neaniae nomen Graeci narrarent. Porro si factis Procopianis a Metaphraсте descriptis certa nomina, patriam, tempora, ceteraque adjuncta demas, quibus hitoria a fabulis discriminetur, nihil reliquum erit, praeter adparitiones, conloquia, conversiones, confraeta Idola, supplicia, aliaque ejus generis, quae a Metaphraсте plerumque excogitata Critici criminantur.

Lubens igitur in eam sententiam discedo, quae unum Procopium fuisse censet, quemadmodum unum eadem die Graeci, Latini, Syri, Coptitaeque colunt: Graecorum autem Procopium Metaphrastensibus laciniis, tota veste commutata, novaque persona superinducta, a Latinorum Athleta esse discriminated. Neque hec silentio dissimulanda est insignis Cardinalis Baronii adlucinatō, qui quum vera esse agnoscat quae de Procopio scribit Metaphrastes, illum eundem esse putat, de quo in Martyrologio Romano die 8. Julii legitur, statim a prima confessione esse damnatum: id enim cum Metaphraсте convenire non potest, ut ex haecenus dictis manifestum est.

Quod autem in Actione Quarta Septimae Synodi Generalis Acta Procopii Graeca laudentur, parum refertur non dissebitur qui noverit, cujusmodi generis Acta interdum in ea Synodo laudata sint. Satis enim erat Patribus, in iis aliquid contineri, quod Apostolicam de Sacrarum Imaginum cultu traditionem adversus Iconomachos adferere utcumque videretur. Quamobrem ex quadraginta voluminibus, quae una die, eademque Actione iv. legendo percurfa sunt, laudatur *Sermo S. P. N. Albanasi* de Miraculo Crucis, quod paullo ante habitam Synodum adciderat; quem tamen Sermonem eruditii viri omnes huic Sancto Doctori abjudicant. Hinc Fronto Ducaeus in Notis ad Tomum sextum Operum S. Johannis Chrysofomi agens de quibusdam Sermonibus ei perperam  
ad

adtributis: Neque vero, inquit, mirum, quosdam ex illis in antiquis etiam Synodis sub nomine Chrysofolmi citari, quum jam in usu essent in Ecclesiis; neque soleant Concilia, dum testimonia proferunt, in Auctores inquirere, aut alias quaestiones excutere, ab ea diverfas, quam prae manibus habent, sed quae passim offeruntur, usurpare. Et quacumque ratione receptos Scriptores Haereticorum commentis opponere, quemadmodum et Apostoli, et reliqui Patres apocryphos libros citarunt. Haftenus doctissimus Ducaeus.

Porro de anno obitus S. Procopii Martyris nullus hucusque dubitavit, quum is expressus in Actis habeatur, Persequutionis nempe Dioclerianae, cujus Edictum Ni-comediae quidem mense Martio, in Palaestina vero mense Aprili promulgatum est, primus, quem in vulgarem Christi annum 303. competere, alibi ex Eusebio, & Laetantio ostendimus. De die tamen, quo laudatus Procopius Martyr occubuit, discrepant Acta Latina a libro Eusebii de Martyribus Palaestinae: Eusebius enim Feria quarta die 8. Desii, hoc est VII. Idus Junias apud Romanos, illum obiisse scribit: Acta vero Latina a Valetio, & Ruinaro edita, Desii septima Julii mensis, quae Nonas Julias dicitur apud Latinos. Atqui Desius respondet Junio, non Julio Romanorum; neque ullus est rectus sensus in verbis illis: Desii Septima Julii mensis. mss. duo Codices Corbejenfis scilicet, & S. Germani apud Ruinarum habent: Dies erat Septima Julii mensis, quae VII. Idus Julii dicitur apud Latinos. At negat sensum ullum germanum in his verbis esse Tillemontius; fate-tur tamen, septimam diem Julii incidisse in feriam quartam anno 303. idque ad Martyrologia accedere, quae Procopium celebrant 8. Julii. Dodwellus septimam Julii tuetur differt. Cyprian, c. 12. p. 311. sed mensis Desius locum habere non potest. Quare Martyrologiorum sententiae interim inhaerendum esse censeo, donec, favente Deo, emendatiores, accuratiorisque Actorum Codices inveniantur.

Martyrii et-  
pus.

ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲩ

ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ

MARTYRIUM

Sancti PROCOPII; Anno I. Persequutionis, quae diebus nostris excitata est.

Anno Christi  
393  
Sub Diocle-  
tiano Imp.

ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ  
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲁⲛⲟⲩ

OMNIUM Sanctorum Martyrum, qui in Palaestina claruerint, primus coronam promeruit Beatus Procopius, vir sane Divinus; quippe qui vel anteaquam Martyrio perungeretur, in singulari patientia, aequabilique tolerantia vitam traduxerat. Et ab ineunte quidem aetate moribus castissimus, corpus suum inedia, aliisque sponte susceptis afflictationibus adeo proterebat, ut vivens adhuc, mortuo simillimus videretur: animum vero suum sancto Dei verbo ita reficiebat, ut ex  
Y co

Procopii mo-  
res.



ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ  
 ܐܘܢܝܢܐ : ܠܘܢ ܠܢܐ ܠܢܐ ܠܢܐ

*Haud bona res Domini plures. Hervis  
 unicus esto,  
 Rex unus.*

Nondum dicendi finem fecerat B. <sup>Capite plesti-</sup>  
 Procopius, quasi vero Imperatores con-  
 temsisset, a Praefide morti additus,  
 illico capite plexus est. Cui facilis ita,  
 atque expeditissima ad Caelos patuit  
 via.

Hoc autem primum in urbe no-  
 stra Caesarea Martyrium perpetratum  
 est.

11

ADNOTATIONES.

(1) In hac scilicet Diocletiani Persequutione.  
 Nam ante Procopium Martyres sub Va-  
 leriano Caesareae passos, *Priscum* nempe, *Mal-*  
*cum*, & *Alexandrum*, ex Iplomet Eusebio con-  
 stat lib. viii. cap. 12.

(2) Chaldaicus textus Secularem Procopii  
 scientiam Theologiae conjunctam non exiguum,  
 ut vides, praedicat; quum Latina ipsius Passio  
 a Valesio, & Ruinarto edita, eandem extenuet:  
*In verbis*, inquit, *Divinis tantam ei studium*  
*erat. Illa vero, quae extrinsecus sunt, medio-*  
*criter attingeret.* Sed Chaldaicam, seu Syriacam  
 lectionem praefereendam evincit responso  
 Procopii, qui Homericò versu Judicis iussa re-  
 jecit: quo certe consilio Eusebius secularem  
 illius scientiam memorasse videtur, ut eundem  
 externis etiam Poetarum Graecorum studiis im-  
 butum ostendat, qui ex tempore adpositissimas  
 ab iis sententias promeret.

(3) *Befan* seu *Bebsfan*, Urbs Tribus Manaf-  
 se, Jos. c. 17. v. 11. cujus situm habes 1. Regum  
 c. 4. v. 12. quae Stephano, & Josepho Jud. Ant.  
 l. 5. c. 14. Scythopolis appellatur: Latine *Domus*  
*Dentis*, *Eboris*, *Mutationis*, vel *Dormitionis*.  
 D. Hieronymus in Qu. Ebr. duas hujus nominis  
 Urbes fuisse refert, quibus Scythas, temporis  
 Josiae filii Amos Regis Judae, irruptione in  
 Palaestinam facta, nomen imposuisse, putat  
 Georgius Syncellus p. 214. Porro Befan, seu  
 Scythopolis, cujus hodie vix rudera conspic-  
 iuntur, Hierosolymis, ex 2. Machab. lib. c. 12.  
 sexcentis aberat stadiis. Ejusdem arbis moeni-  
 bus Philistini post habitam in montibus Gelboë  
 pugnam, corpora Saulis, & Jonathae suspen-  
 derunt. Vide 1. Reg. 31.

(4) In Passione Latina: *Ibi Ecclesiae tria*  
*ministrae praebat.* Ubi Valesius, ob pauci-  
 tatem Clericorum olim in Ecclesiis, ac praeci-  
 pue in parvis oppidis unum plura obiisse mune-  
 ra, observat in Romano, qui Caesariensis Eccle-  
 siae Diaconus simul & Exorcista erat. Atqui  
 in utraque, Hierosolymitana scilicet, & Befanen-  
 si, seu Scythopolitana Ecclesia Chaldaicus Co-

dex ministrasse Procopium narrat. Primis nimi-  
 rum temporibus cardini non ita religiose Clerici  
 adfixi erant: quod alibi a nobis de Presbyteris,  
 & Clericis *Evangelistis* latius est demonstratum.

(5) Ad munus Interpretis recte adnotat Valesius,  
 apud Syros olim Divinas Scripturas Grae-  
 ce fuisse lectiones, quas deinde Interpreter Syriacae  
 redderet.

(6) Plures cum in Asia, & Europa, tum in  
 Africa urbes *Caesareae* nomine sunt insignitae,  
 de quibus consule Baudrandum, & Hofmannum.  
 Omnium vero nobilissima Caesarea Palaestinae  
 urbs Tribus Manasse, certaminis Sanctorum,  
 de quibus agimus, palestra, inter Ptolemaidem  
 ad Boream 40. & Joppen in Austrum 30.  
 mill. pass. sita in litore maris Syriaci, distatque  
 ab Hierosolymis Septentionem versus 45. teste  
 Adricomio: quae & *Pyrgos*, seu *Turris Strato-*  
*nis*, Ptolemaeo, ut legitur in Praefatione Novel-  
 lae 103. fuerit Strato vir Graecus. Sed quia  
 Herodes conlapsam instauravit, in gratiam  
 Caesaris Augusti, illo decoravit nomine, ut  
 Josephus libro 4. & 15. Antiquitatum Judaicarum  
 refert, ubi ejus magnificentiam prolixè  
 describit. Postmodum Metropolis Palaestinae,  
 nomine *Coloniae Romanae* insignita, quod Ves-  
 pasiani Copias humaniter tractasset. Archie-  
 piscopali olim dignitate fulgebat, eique vigin-  
 ti Episcopi, inter quos & Hierosolymitanus,  
 anteaquam is in Patriarcham eveheretur, sube-  
 rant. A Francis tertio occupatam eripuit Beibatus  
 Rex Syriae, & fere univerfam, quae super-  
 rerat, vastavit, sicque hodie prorsus jacet.  
 Pluries ac occurrit in Actis Apostolorum. Ibi  
 enim Herodis nepos Agrippa ab Angelo percussus,  
 eo quod non dedisset honorem Deo, consumptus  
 a vermibus exspiravit. In ea quoque  
 urbe Cornelius Centurio a Petro baptizatus est,  
 & Philippus Diaconus cum quatuor hiabibus vir-  
 ginibus habitavit. Eadem, creditur Agabi Pro-  
 phetae patria: ab Eusebio, Theophilo, aliisque  
 praeclearis Viris illustrata. Haec a Gentibus

Judaei omnes ad XXM. occisi, quam cladem ulturi, dum vicus Syrorum vastabant, gentes in se exasperauerunt, A. C. 66. Origenes heic docuit, A. C. 222. Ibi Synodus habita propter Paschatis celebrationem sub Theophilo, & A. C. 334. ob Athanasium Tyrum translata: de qua videbis Tom. 4. Concil.

(7) Consonat Eusebius in libro de Martyribus Palaestinae: *Antequam carceris periculum fecisset* &c. uti & Passio Latina: *Prisquam carceris, vel vincularum experiretur angustias*. Praeclare autem haec ad praeposterum iudicii ordinem, & Praefidis immanitatem spectare, docet Valefius. Solebant enim Praefides Romani, reos, qui comprehensi fuerant, & conspectui Iporum exhibiti, prius carceri mancipare, ac deinde per otium interrogare. Sic in Actis S. Fructuosi legitur: *Es ut venerunt, mox praecipit, eos Praefes recipi in carcerem*. Idem habetur in Passione Felicis Tubizacensis Episcopi: *Cumque Felix Episcopus ibidem advenisset, & eidem Praefes oblatas fuisset, iussit, eum in carcerem recipi*.

(8) *Paulinum*. Huic Acta Latina *Flavianam* appellant, Martyrologium vero Romanum *Fabianum*. Orta videtur varietas a Chaldaica, seu Syriaca Scriptura sine punctis vocalibus. Porro convenit Latina Passio cum Syriaca, quamquam expressius Syriaca *Portas Urbis* memoret, quam Latina *A Portis* habeat. Ceterum, ut recte advertit Valefius, multa heic omiffa sunt in Graeco Eusebii textu, quae ex Actis illis Latinis, imo aedratius ex Syriacis, quae prae manibus habemus, suppleri oportet. Nam quum Eusebius heic diserte dicat, Procopium statim a primo ingressu oblatum esse iudici, non addit, unde venerit, ubi captus, & quo productus sit: quod tamen minime silentio involvendum erat. Praeterea aliorum quidem Martyrum, qui in eo libro commemorantur, genus, & patriam adcurate refert Eusebius; ac si quis forte illorum Ecclesiastici honoris gradum aliqueum obtinuerit, id distincte notare solet. In hoc vero, qui omnium Palaestinae Martyrum princeps, atque antesignanus fuit, nihil horum heic ab Eusebio observatum videmus. Id tamen non Eusebii, sed librorum culpa factum esse, credibile est: nam in his Actis, quae ab Eusebio conscripta esse, superius ostendimus, cuncta haec manifestissime declarantur. Primo enim ex eisdem discimus, Procopium patria fuisse Hierosolymitanum: habitasse vero

Scythopoli, & in utriusque urbis Ecclesiis Lectorem, atque Exorcistam fuisse, & Sacras Scripturas, quae Graeco sermone in Ecclesia legebantur, plebi, quae Graece nesciret, vernacula, idest, Syriaca lingua interpretatum fuisse. Deinde quibus moribus, quanta vitae severitate jam inde a puero fuerit, in quibus Actis studiose refertur. Postremo captus quidem dicitur Scythopoli, adductus vero in urbem Caesaream, & ab ipsiis portis recta ad tribunal iudicis tractus. Hoc quidem ultimum legitur etiam in Martyrologio Bedae, Ufuardi, Adonis, Rabani, & Notkeri his verbis: VIII. *Iduum Julii Nasale Procopii in Palaestina, qui ab Scythopoli ductus Caesaream, ad primam responsionis suae confidentiam, irato Iudice Flaviano, capite caesus est*.

(9) *A priori sermone digressus*. Hinc emendanda est Latina Passio, quae huic Eusebii textum ita reddit: *Conscientia saucius, confensus ejus sermoni*.

(10) Eusebius in Martyribus Palaestinae: *ταῖς βασιλευσι τράσαται*. Passio Latina: *Ut vel Regibus sacrificaret*. At Martyris responsio, & Homericus versus ad plura illum numerum Imperatorum aptius refertur, ad Diocletianum, nempe, Herculium, Galerium, & Constantium Chlorum, qui Romanum Imperium simul gerebant.

(11) In Latina Passione haec verba in fine subiecta sunt: *Desi septima Julii mensis, quae Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno, quo adversus nos fuit Persecutio. Hoc primam in Caesarea Martyrium consummatum est, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui honor, & gloria in secula seculorum, Amen*. Ex quibus corrigenda est ejusdem Passionis Latinae inscriptio, ubi dicitur, *passus esse Procopius IV. Nonas Augusti*. Ac Notam quidem illam temporis, pro Eusebiano more, in Chaldaico Codice fuisse praetermissam, non inficior: Librario autem inutile etiam visum est, quum in Syrorum usum librum scriberet, Romanorum Kalendarum habere rationem. Ea tamen verba: *Regnante Domino nostro* &c. addita censeo ab ipso Latino Scriptore, ut clausulam temporibus suis usitatum adponeret; de qua vide Mabilionii librum de re Diplomatica. Adjecta autem videtur haec formula, quum Passio conscripta est in usum Ecclesiasticae Lectionis, ut scilicet in Sacris conventibus recitaretur.

## AD MONITIO

In Martyrium SS. ALPHAEI, ZACCHAEI, & ROMANI.

Horum Actorum epitome apud Eusebium in lib. de Martyribus Palestinae imperata.

**H**orum Sanctorum Martyrum historiam concisam pariter, jejunamque exhibet nobis Graeco Eusebii Caesariensis textus in libro de Martyribus Palaestinae, eandemque profus fortunam experta est, quam prior Procopii, ex latiori, scilicet, narratione in brevem summam contracta. Atqui priorem illam Latina, quae superfuit, ver-

ſio ſupplevit: haec autem ſuppleri aliter non potuiſſet, niſi, favente Deo, Chaldaicus noſter Codex & tenebris Aegypti vindicatus emerſiſſet in lucem. Ex quo plane diſci- mus, priores duos Martyres, Zacchaem nempe, & Alphaem natalibus clariffimos fuiſſe, necnon gentilitia cognatione conjunctos: & quamvis diverſis in locis, una tamen, eademque die, 9. Novembris, ſcilicet, decima ſeptima, anno Perſequutionis Diocletianae primo exeunte, qui, ut ſuperius oſtendimus, in 303. vulgaris Chriſtianae Aerae annum competit, cum Romano Martyrium perpeſſos: & Alphaem quidem antea Caefarcae Leſtorem, Exorciſtam, & Divini verbi praeconeſſe egiſſe, Zacchaem Gadarenſis Eccleſiae Diaconum, Romanum vero cujuſdam Caefarienſis pagi Diaconum, & Exorciſtam.

Martyrii tem-  
pus.

Porro Alphaem, & Zacchaem, ſub cujus nomine olim Eccleſiam, cir- ca annum Chriſti 434. erectam, Antiochiae exiſtiſſe, literis proditum eſt, colunt La- tini in ſuis Faſtis xv. Kal. Decembris: quo quidem die tum in Aetis hiſce Chaldaicis, tum in libro Eufeſbii de Martyribus Palaeflinae, coronati dicuntur. At Graeci in Me- naeis eoſdem Martyres laudant die ſequenti, hoc eſt, xviii. Novembris, iuſſue ſocium adjungunt *Michaem* quemdam, quem *Theodotum* vocat Florentinius. Unde autem Michaeae, ſive Theodotae notitiam hauſerit, nos proſus latet; aliique propterea id divinandum relinquimus, quum nulla hujusce nominis Martyrum mentio, vel apud Eufeſbium, vel apud reliquos Scriptores coevos habeatur.

SS. Alphaei &  
Zacchaei me-  
moriam & cul-  
tus in Eccle-  
ſiae Faſtis.

Romani tamen reliquos & in Latina, & in Orientali Eccleſia celebriorem fuiſſe, praeter antiqua quaeque, & recentiora Menologia, Synaxaria, ac Martyrologia, quae illum die 18. Novembris commemorant, & Eccleſiam, Viennae in Gallis, circa A. C. 420. ſub Paſchaſio Epifcopo, eidem dicatam, ubi etiamnum Romani Feſtum cum Officio ſub ritu duplici celebratur, quod & Antiochiae temporibus S. Johannis Chryſoſtomi ſolemniter agebatur, probant Sanctorum Patrum Opuſcula in ipſius lau- dem conſcripta, Chryſoſtomi, nempe, Theodoret, Eufeſbii Emiſſeni, ſive Eucherii Lugdunenſis, Prudentii, & aliorum; de quibus videtiſſe Ruinartum in Admonitione praevia ad ejus Martyrium, & Baronium in Notis ad Martyrologium Romanum die 18. Novembris. Eufeſbius quoque Caefarienſis hujus beati Viri ſeriem Martyrii, ora- torie tamen, deſcribit in libro 2. de Reſurrectione, & Aſcenſione Chriſti: quem librum una cum aliis ejuſdem Eufeſbii Opuſculis e duobus mss. Codicibus erutum Latine tantum edidit Jacobus Sirmundus. Quin & ſuſiora ejuſdem Martyris Aetia exhibet Mombricitus, ſed quae ingenium Metaphraſtae referunt; quaeque idcirco medica manu, ut ſcite ad- notat Ruinartus, aliquot in locis indigere videntur. Ex quibus deſumta plane ſunt cetera S. Romani Elogia, quae tam in Menologiis Graecorum, & in Syrorum Synaxariis, quam in Martyrologiis Latinorum, & apud Petrum de Natalibus ad praefignatum diem xviii. Novembris leguntur.

Celebrior S.  
Romani me-  
moriam apud  
SS. Patres.

Etſi autem Eufeſbius noſter loc. cit. & Johannes Chryſoſtomus tom. 1. Orat. 43. unum agnoſcant Romanum Palaeflinum, Antiochiae ſub Diocletiano Martyrio perſun- dum; Graeci tamen in Menaeis duos diſtinguunt Romanos Martyres, alterum Caefarienſem Diaconum, cujus latiore Martyrii hiſtoriam, ab eodem Eufeſbio Chaldaice, ſeu Syriace conſcriptam, ex Cod. Nitrienſi Vaticano I. heic proferimus, quem Antiochiae ſub Diocletiano paſſum dicunt: alterum, qui ab Aſclepiade Praefecto damnatus eſt eadem in urbe, ſub Galerio. Et unum quidem Romanum hunc poſtremum commendat Prudentius Hymno 10. *Ὁ Ἁγίου Ἰωάννου*, Eufeſbius Emiſſenus, quiſquis ille fuerit, ſermone 50. tom. 1. Bibliothecae Patrum, Author Orationis 48. quae S. Joh. Chryſoſtomo perperam tribuitur, necnon Aetia a Mombricitio vulgata, & ex iis ſequiores Martyrologi fere omnes: quem & Antiochenum civem, atque Monachum fuiſſe narrant, & una cum puero interemtum. Graecorum Menaeis adſtipulatur Cardinalis Baronius, in lau- datis ad Martyrologium Romanum Notis autumnas, duos exiſtiſſe Romanos, ex qui- bus unum Prudentius, alique deinceps Scriptores conſtarint: quam ſententiam duabus potiſſimum rationibus conatur probare. Prima eſt Martyrii cauſae diverſitas. Romanus enim, quem Eufeſbius laudat, paſſus eſt, quod eos, qui ad Deorum delubra propera- bant, averterit: alter vero, quod Praefectum, in Eccleſiam Chriſtianorum ingredi

An duplex  
Romanus.

volea-



volentem ausus fuerit impedire. Alterum Baronii argumentum reperitur ex Eusebii, & Chrysolomi silentio, qui nihil de infante habent, quem alii cum Romano interfectum adfirmant. Verum doctissimus Valesius, cui consulto succinuit Ruiaartus, ac Tilemontius, a Graecorum Menaeis, eorumque fautoribus dissentit, unumque Antiochiae, Diocletiano imperante, Romanum, de quo loquitur Eusebius, in Martyrio perfundum fuisse, demonstrat: *Quum enim*, inquit in Adnotationibus ad Caput 2. de Martyribus Palaestinis, *uno, eodemque die ambos esse passos, eodemque Martyrii genere perfunctos, Graecorum Menaea fateantur (utrique enim praecipiam linguam adfirmant, utrumque post abscissionem linguae loquutum; tandemque in carcere strangulatum esse consentiant) quis non videt, frustra ab illis distingui duos Romanos? Miror tamen, sententiam hanc placuisse Baronio in Notis ad Martyrologium. Certe si duo ejusdem nominis sive Romani Martyres, & si ambo eodem die Martyrium passi sunt Antiochiae, cur Eusebius hoc loco unius dumtaxat mentionem fecit? Dicit fortasse aliquis, Eusebium in hoc libro de solis Palaestinae Martyribus loqui instituisse, atque idcirco solius Romani Diaconi meminisse, quippe qui Palaestinus esset. Verum Eusebius alibi quoque hujus Martyris mentionem fecit: in secundo, scilicet, libro de Resurrectione, & Ascensione Christi, ubi Romani Martyrium luculente, & Oratorie describit his verbis: In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exiit Martyr, &c. Vides heic etiam, unum dumtaxat Romanum ab Eusebio agnoscitur, qui Martyrium Antiochiae perpeffus sit. Haecenus Valesius, & recte quidem. Nam ratio, cui innititur Baronius, utriusque, scilicet, Romani Martyrii causae diverfites, a vero profurs ablu-dit; certum quippe, exploratumque est, Diocletianeam, seu Maximianeam Perfe- quutionem, cujus primo exeunte anno Romanus Martyr occubuit, ab Ecclesiarum ever- sione initium sumfisse. Qui igitur Prudentius, Author Orationis 48. quam in tomm 1. Operum S. Johan. Chrysolomi inseruit Fronto Ducaeus, & Acta Mombritiana, quibus incaute subscribit Baronius, adfirmare non dubitaverint, Romanum ideo fuisse com- prehensum, quod Praefectum in Chriftianorum Ecclesiam irrupentem avertere cona- tus est? *Quidam ex Officio Praefecti*, ferunt illa Acta, *nunciaverunt, ei dicentes: Roma- nus, nomine Monachus, persuasit populo, & omnibus Ecclesiasticis, ut resistentes probi- bent, se Ecclesiam introire. Audiens haec Praefectus, mox praecipit exhiberi eum &c.* Suble- stum itidem est alterum Baronii argumentum, quo duos fuisse Romanos Martyres contem- dit, ex eo nimirum, quod alter solus, alter unacum infante passus dicatur. De hoc enim puero, qui in nonnullis Latinoorum Martyrologiis *Barulas*, in Breviario Toletano *Theodulus* vocatur, in Menaeis autem, & in Menologio Basiliano, necnon in Synaxari- is Syrorum anonymus est, ne verbum quidem apud probatos illorum temporum Scri- ptiores occurrit. Omnium vero primus, qui immaturum hunc Martyrem laudavit, Au- relius Prudentius fuit. At quis Prudentii Hispani, trecentis fere ab obitu Romani annis scribentis, autoritatem aut Eusebio Caesariensi Scriptori accuratissimo, eorumque, quas tradidit, rerum testi oculato, aut Johanni Chrysolomo, civi Antiocheno, & ferme coaequali, praetulerit, qui nullam de eo puero mentionem faciunt?*

Acta S. Roma-  
ni apud Mombri-  
tium inter-  
polata.

Nec nobis quidquam negotii faceffunt Acta Metaphrasticia a Mombritio edita, utpote quae oppleta sunt iis, quibus falsa Acta scaterent solent, & quorum inutilitas sese ultro legentibus prodit. Inter cetera enim Romanum *Monachum* fuisse narrat, & *non solum civitatis Antiochiae, sed & patriae virum priorem*. Porro Monachorum nomen, atque institutum anno Christi 303. quo Martyrium Romanus perpeffus est, tum Orientalibus, tum Occidentalibus populis ignotum omnino fuisse, Ecclesiastica nos docet historia. Praeterea dies, quo in rogum conjiciendus erat Romanus, ibidem assignatur decimus octavus Novembris: quamvis autem ex iisdem Actis, nonnisi aliquandiu post occubuerit, eodem tamen die 18. Novembris Martyrium consummante dicitur. Quare corrigendos esse censeo plerosque Martyrologos, qui commentitiis ejusmodi Actis inhaerentes, & Romanum adpellant Monachum, & ejus memoriam ad diem 18. Novembris differunt. Neque audiendus est Florentinius, qui S. Romanum, cujus historiam Eusebius cap. 2. de Martyribus Palaestinae scribit, diversum esse ab eo, quem idem Eusebius in Sermone 2. de Resurrectione laudat, contendit ad 18. Decembris, hunc adpel- lans Caesariensem Diaconum, illum vero Monachum, quum in Martyrologio suo legeret:

geret: In Antiochia civitate Romani Monachi. Nam praeterquamquod nullibi Romanus ab Eusebio Monachus dicitur, nemo certe sibi facile persuadebit, nisi certiora adferantur argumenta, duos fuisse ejusdem nominis, & dignitatis Martyres, qui in eadem civitate, eadem die, atque eodem mortis genere necati fuerint; ut recte ex Valefio concludit Ruinartus.

Restat tamen, ut Aetorum nostrorum, Diocletianum Imperatorem, Romano agonem fortiter perferente, Antiochiae praesentem fuisse, adseverantium fidem, quae a nonnullis fortasse in dubium revocari poterit, confirmemus, & objecta quaeque paucis diluamus. Et mihi quidem, si quis usquam alius, dignus hic vindice locus videtur. Nam Valefius, & Ruinartus, qui Romani historiam in Graeco Eusebii libro de Martyribus Palaestinae tantummodo legerant, haec ejusdem Eusebii verba perpendentes: *Quum ministri, qui rogum accensuri erant, Imperatoris sui sorte praesentis judicium expectarent*: ubi, ut vides, Imperatoris nomen desideratur; Galerium Caesarem, non autem Diocletianum illum fuisse, existimant: *Tunc enim, inquit, Diocletianus Nicomediae morabatur*. Hanc autem Nicomediae moram his argumentis conficit Valefius: Certe hoc anno, quo coepta est Persequutio, mense Aprili Diocletianus una cum Galerio debebat Nicomediae; ut testatur Eusebius in lib. 8. Sed & aliquanto post coeptam Persequutionem, tunc quum Nicomediense Palatium de Caelo tatum conflagravit, Diocletianus ibidem versabatur; ut docet Constantinus in Oratione ad Sanctorum Coeum. Quare Antiochiae adesse non potuit, tunc quum Romano ignis supplicio condemnatus est. Id enim contigit circa initium Persequutionis; occisus quippe est Romanus decimo quinto Kal. Decembris, quum aliquot mensibus in carcere detentus fuisset; quemadmodum testatur Eusebius. His rationum momentis accedere putat Ruinartus suffragium Prudentii Hymno X. *ad Sempson*; ubi cecinit:

*Galerius urbis sorte Romanae statum  
Ductor regebat, ut refert antiquitas,  
Immitis, atrox, asper, implacabilis,  
Edicta late mundum in omnem miserat,  
Christum negaret quisqui mallet vivere.*

Miror tamen virum eruditum Ruinartum, levibus hisce conjecturis indulgentem, non advertisse mentem ad locum Lactantii de Mortibus Persequut. cap. 17. quo sententiam suam confirmare maxime potuisset: ait enim Lactantius, posteaquam proposita Edicta, commotamque Persequutionem descripsisset: *Hoc igitur scelere perpetrato Diocletianus, quum jam felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam, ut illic Vicennialium diem celebraret, qui erat futurus ad XII. Kalendas Decembris*. Diocletianus igitur, quum Vicennialibus Romae adesset, non potuit Antiochiae esse xv. Kal. Decembris, quo die ignis Romano parabatur eo ipso anno, primo scilicet excitatae Persequutionis: biduo, nimirum, iter Nicomedia Romam emensus esset, quod vix penitus usus conficere potuisset.

Atqui Chaldaicus noster Eusebii Codex Diocletianum Antiochiae praesentem disertis verbis exprimit: *Quo majorem Judex apud Diocletianum Imperatorem principem, qui Antiochiae tunc aderat, iniret gratiam*. Quam lectionem ut vindicemus, primo refellenda sunt Valefii, & Ruinarti argumenta, tum locus Lactantii cum Eusebio conciliandus. Et quidem ratio temporis, a Valefio putata, Eusebio non refragatur. Enim vero nihil repugnat, ut Diocletianus Aprili mense Nicomediae degeret, Novembri vero Antiochiae adesset: quod ipse Valefius de Galerio inficari non potest. Nam Galerius simul cum Diocletiano Nicomediae morabatur, quum Edicta contra Christianos proposita sunt, deinde etiam quum Palatium Nicomediense conflagravit, cujus incendii invidiam in Christianos rejiciens Galerius: *Aderat ipse, & instabat, nec patiebatur iram inconsiderati Senis deflagrare*, inquit Lactantius; *sed quindecim diebus interjectis, aliud versus incendium molitus est*. Haec autem Nicomediensis mora nihil obstat, quominus Galerius Antiochiae, Romano certante, praesens esset, secundum Valefii, & Ruinarti sententiam. Quare igitur quod Galerius potuit, non potuit Diocletianus? Ut qui mense Aprili, aut Majo Nicomedia discessisset, Novembri adesset Antiochiae.

An Diocletianus Imp. Romano Martyrium subeunte, Antiochiae adesse potuerit?

Refelluntur Valefii, & Ruinarti fundamenta.

Pro-

Prudentius autem Galerium nominat, non tamquam Antiochiae praefentem, sed tamquam Urbis, vel Orbis imperium teneantem, ut legenti planum est. Potius vero Galerium nomine adpellavit, quam aut Diocletianum, aut Maximianum Herculeum, aut Constantium, ut metro ferviret, ac praecipue quia Persequutionis illius author, & inventor Galerius fuerat.

Laſtantius cū  
Eusebio con-  
ciliatur .

Illustrem autem hanc Virginem, & Martyrem variis diebus Graeci concelebrant. Et primo quidem die 2. Apr. ut in mss. Menaeis Parisiensibus Cardinalis Mazarini, & Chiffetianis; item in Menaeis excusis, & in Menologio Cardinalis Sirlleti, quod tamen *Theodoram*, pro Theodosia perperam scribit. Deinde vero ad diem 3. ejusdem mensis laudatum Menologium Basilianum, Menaea Taurinensis Regis Sardinae, & Mediolanensis Bibliothecae Ambrosianae elogium ejusdem Virginis ex Eusebio decerptum, referunt. Tertius demum dies ipsius festo apud Graecos adsignatus, xxix. Maii est, isque prae reliquis videtur celeberrimus. Nam fufiori encomio memoratur in Menologio Basiliano, ms. Synaxario Claromontano Soc. Jesu, in Menaeis excusis & manu exaratis, in quibus totum quoque Officium Ecclesiasticum, cum suis Odis, & Hymnis de eadem Martyre peragitur; item apud Maximum Citheraeum, & Cardinalem Sirlletum; quae videlicet apud Bollandianos ad praesignatum diem 2. Aprilis.

Et apud Latinos.

At Latinorum Martyrologia antiqua S. Theodosiae memoriam recolunt die 3. Aprilis, ex quibus quatuor Apographa S. Hieronymi illa habent: *In Caesarea Palaestinae Natalis S. Theodosiae Virginis*. Quae eadem ad dictum diem leguntur in mss. Atrebatensibus, Tornacensibus, Laeticensibus, & aliis. In Rabani autem Martyrologio fusiora quidem, sed ex commentitiis Latinis Actis pleraque desumpta haec referuntur. *III. nonas Aprilis Natale Theodosiae Virginis, quae passa temporibus Imperatorum Diocletiani & Maximiani in Civitate Caesarea, sub Urbano Praefecto. Nam quum haec reliqui parentibus, confugisset ad carcerem, ubi Christi Confessores clausi erant, tenta est a militibus, & ducta ad Tribunal Judicis Urbani. Quae coram ipso adstant, nec adulationibus ejus decepta est, nec minis terribilis, sed sapientia Dei repleta, falsos Deos gentilium disputando coram Praefide confutabat. Inde & a Tyranno nervis ligata & flagellis caesa non potuit vinci. Postea ei adhibita sunt varia tormenta, hoc est, sartagine ignitae, leones, & bestiae, ex quibus nullam maculam passa est. Deinde in mare demersa; sed per Dei auxilium inde liberata, novissime gladio ca-*  
pitae

pite abscisso, obdormiit in pace, & complevit Martyrium suum, honorifice a Christianis sepulturae tradita. Haecenus Rabanus, Romanum autem Martyrologium adcuratori quidem eacomio S. Theodosiae memoriam ad diem 2. Aprilis revocat in haec verba: *Ibidem* (Caesareae) *Pascho S. Theodosiae Virginis Tyriae, quae in eadem persequutione, quum Sanctos Confessores, ante tribunal stantes, publice salutatset, atque rogasset, ut quum ad Dominum pervenissent, sui recordarentur, a militibus tenta, & ad Urbanum Praesidem ducta, ejus jussu, lateribus & mammis, ad interiora usque dilaniatis, in mare tandem projicitur.* Haec Martyrologium Romanum, quae, ut vides, Artis nostris adamussim respondent.

Porro S. Theodosiae corpus, aut insignem ejus partem fuisse ex Palaestina Constantinopolim aliquando translatum, ejusque rei memoriam die 29. Maii solemnius celebrari in omnibus Menaeis, & Synaxariis Graecis, ex eo suademur, quod hujus S. Virginis celeberrimus fuerit in ea Urbe cultus, singulari totius Officii Ecclesiastici prolixitate commendatus; Menaea etiam & Synaxaria hucusque laudata ad usum ferme Constantinopolitanarum Ecclesiarum, ut recte observat Henschenius, fuerunt conscripta: quo fit, ut in propriis illius Urbis festis ornandis, explicandisque latius venferetur. Proprium autem hoc fuisse Constantinopolitanis festum, colligitur etiam ex Ephemeride metrica unicum solum quot diebus Sanctum proponente, quae ad praefignatum diem 29. Maii sic habet.

Ελάδι νη' εωθρη Θεοδοσίου τρώβη ύπαρξίς

*Vicina nona mersa est Theodosia ponto.*

Unde autem fuisset Constantinopolitanis ita proprium hoc festum, idque alio quam obitii Martyrii die, nisi ex occasione translati eo Corporis, vel, ut advertit Baronius, propter alicujus Ecclesiae in honorem Theodosiae, ibidem constructae, dedicationem? Moschi quoque, sive Rutheni, Fallos Sacros Constantinopoli mutui, hunc ibidem celebrem cultum confirmant, dum in suis Tabulis unicam Theodosiam isto die Maii praesentant. At Sammarthani tom. 4. Galliae Christianae sacra Theodosiae Lipsana sibi vendicant, quum in enumeratione Abbatum Dervenis Monasterii de eorum XXII. Rogerio sic loquantur: *MDVIII. includis quodam serinio Corpus S. Theodosiae Virginis olim hic adlatum a S. Berchario, qui Martyr occubuit anno 685. die 16. Octobris.* Hanc tamen Translationem longe posterius factam fuisse censet Saussajus in Martyrologio Gallicano ad hunc diem. Verum nec ipse Saussajus aperit, a quo accepit quae de Reliquiis ejus Martyris Leodium & Dervum advehtis narrat; nec ullum in Breviariis, aut Martyrologiis Leodiensibus impressis ac manuscriptis adparet istius singularis cultus vestigium, quem Saussajii verba tamquam notissimum indicant. Exploratum item est S. Theodosiam Virginem & Martyrem, cujus Corpus Bononiae apud Moniales SS. Trinitatis adservatur, aliam omnino esse a nostra, etsi ejus festum eodem die 2. Aprilis ibidem peragitur; quum ipsius Corpus nonnisi anno 1622. eo Roma sit translatum. Nec denique Tamajo Salazario, viro cetera clarissimo, fidem adhibemus, qui ex Pseudodefrichrico scribit S. Theodosiae Reliquias A. C. 430. in Hispanias fuisse delatas; eam quippe Translationem vel ipsi Hispani, eruditione ac doctrina praecleari, ad fabulas amandant.

Ceterum S. Theodosiam Virginem die 2. Aprilis fuisse comprehensam, die vero Dominica, quae anno Persequutionis quinto, ad quem ejusdem Martyrium refert Eusebius, & cui ex alibi dictis annus Christi 307. responderet, in 6. Aprilis die cadebat, in mare demersam ad Christum migrasse, Acta nostra diferte tradunt. Unde corrigendus est Graecus Eusebii de Martyribus Palaestinae textus, ubi ejus Martyrium die 2. mensis Xanthici, quod est ante diem 4. nonas Aprilis, ipso Dominicae Resurrectionis die contigisse legitur; quum anno 310. ut ex Tabulis Paschalibus liquet, non vero 307. ad quem ex Eusebio revocandum est Theodosiae Martyrium, in 2. Aprilis diem Dominica Resurrectionis incidit.

Ejus Corporis Translationes variac.

Martyrii tempus.







nam & curis distraham vitam agitavit .  
Obtrigerunt haec Caesareae, die Do-  
minica.

بعد ذلك جبه سجد كحذاء سول حرم  
ولم يتركهم من اجله احد .



## ADMONITIO

In Martyrium Sancti PETRI Abfelami .

S. Petrus  
Alceta .

An idem sit  
cum Balsamo,  
cujus Acta ha-  
bentur apud Su-  
rium?

**H**UIC illustri Christi Athletae, cujus Acta Martyrii ex Codice I. Nitriensi heic proferimus, *Afetae* nomen, quod postea ad Monachos translatum, tunc commune erat iis, qui reliquis omnibus, vitam quoque in Urbibus ex Evangelii praescripto severiorem agebant, adtribuit Eusebius lib. de Martyribus Palaestinae cap. 10. ubi gloriosum ejus Certamen breviter summatimque describens, ipsum, uti & in Actis hisce Chaldaicis, ex vico *Anea* in agro Eleutheropolitano ortum, & Caesareae in Palaestina igni traditum perhibet. Quapropter Tillemontius Bollandum acriter reprehendit, quod ad diem 3. Januarii Acta S. Petri Balsami ab Anastasio Bibliothecario Latine versa, & a Surio edita, exscribens, eum licet in *Aulana* civitate cruci adfixum, unum tamen, eundemque esse, ac nostrum Abfelamum contendat. Tillemontii argumenta sunt, genus, & palaestra Martyrii longe diversa: sententia insuper a Judice *Severo*, cujus nullam mentionem Eusebius fecit: ac demum Baronii de Balsamo in suis Annalibus ad annum 308. altum silentium; qui tamen ibidem Abfelamum laudat, imo vero in Notis ad Martyrolog. Rom. Balsami passionem ad annum 285. revocat, in quem cadere nequit Diocletianea persecutio, qua saeviente, Abfelamus noster Martyrii palmam reulit. Bollandum autem idem nomen, cognominis similitudo, patria communis, ac denique idem utriusque passionis dies sufficientia esse argumenta, ut unus ab altero minime distinguatur. Quo tamen sinceritatem Actorum, quae ex Anastasio profert, quaeque Baronius praecipiti sane judicio ceu autographa amplexus est, utcumque vindicet, momenta Tillemontii praevertit, iniquens loc. cit. *Balsamum in crucem actum, igne forte circumposito fuisse suffocatum. Praeterea mirum non esse, eum, qui intra jurisdictionem Urbis Caesariensis sit interfecit, Caesareae occisum dici ab Eusebio, qui eodem Capite alios captos ac peremptos scribit Ascalone in eadem provincia. Deinde non dici in Actis, Aulanae occisum, sed comprehensum, ac deinde Praefidi oblatum, forte ad eum Caesaream pertractum.* Aulanam enim civitatem, quam nostra hac aetate profus ignotam adferit Tillemontius, in Palaestina conlocat Bollandus, Galestinum, & Martyrologii Romani Gallicum Interpretem, necnon Ferrarium redarguens, quod Aulanam interpretati sint *Aulanam* vulgo *la Velona* urbem maritimam in sinu Adriatico.

Ceterum quum Menaea, & Martyrologia, in quibus Balsamus cruci adfixus memoratur, eum, Maximiano, vel Diocletiano imperante, id mortis genus subijisse scribant; aliunde vero tam ex ejusdem Actis apud Bollandum, quam ex laudatis Menaeis constat, ipsum ex agro Eleutheropolitano in Palaestina fuisse oriundum, idem omnino censendus est ac Petrus Abfelamus, quem Eusebius laudat. Quis enim adduci potest, ut credat, Eusebium, adcuratum adeo Martyriorum, quae Palaestini, furente Diocletianea persecutione, objerunt, Scriptorem, ut S. Romani, quamquam Antiochiae passi, quia tamen Palaestinus erat, certamen silentio praetermittendum minime duxerit, Petri Balsami, si alius esset a Petro Abfelamo, nullibi mentionem fecisse? Id itaque addidit de Balsamo, & Abfelamo, quod de duobus Procopiis, & Romanis factum esse superius monuimus; ex uno videlicet duo constati. Baronium autem, Balsami passionem ad annum Aerae vulgaris 285. revocantem, erroris plane convincunt Ruinartus, & Tillemontius.

Yemontius, quem ea temporis ratio nullo profus pacto conciliari possit cum Imperio Diocletiani, seu Maximiani, sub quibus omnes Ecclesiae Falsi illum perhibent Martyrio perfunctum. Ex praemissis porro recta consequitur, adlucinos fuisse, qui sincera, ac genuina censuerunt Petri Balsami Acta, quae e Graeco in Latium ab Anastasio Bibliothecario versa dicuntur, quaeque ex compluribus Codicibus mss. & impressis inter se conlatis Bollandus, & Ruinartus ediderunt; quum ea ab Eusebiano textu tum Graeco, tum Chaldaico haud parum discrepent, ut legenti plane constabit.

Porro in Graecorum Menaeis varii assignantur dies, memoriae S. Petri Abfelaui sacri. Et primo quidem Januarii xii. in haec verba. Ο Ἅγιος Πίστεως Ἀποσταλαμῆτις Μάρτυρ τῆ κ' ἡμέρας Ὀκτωβῆς, καὶ τῆ κ' τὸ σῶμα ἑομῆ ἀμάρτυρα ἑα νόστιπὴ τῆς ἡλικίας, παρρησία τὸν Χριστὸν ὁμολόγησεν. Ο ἦν ἀρχὸν ἐκδιδροπόλιος συλλαβὸν αὐτὸν, καὶ μὴ καλαμαίας χαυμόσας, μὴ ἀπυλάς καταπέρας, καὶ πλινῆται, ἐφ' ὃν ἑτάσαν τὴ Μαθητῆν ἑκατομῆσθε; S. Petrus Abfelaumites Martyr 9' fidei religione, 9' corporis robore praefatus, in flore aetatis libera voce Christum professus est. Inde a Praefide Eleutheropolitano captus, quum neque blanditiis emolliretur, neque minis terretur in rogam coniectus, ex eo Martyrii laudatam reportavit. Raderus tamen hunc Abfelaumitem diversum a Petro Abfelaico existimat, quod *Abfalom*, & *Abfalom* propria sint Judaeorum nomina; unde suspicatur, Martyrem hunc, de quo haec Menaea agunt, natione Judaeum fuisse. At sublesta, si qua unquam, conjectura; nihil enim consonum magis Eusebiano textui adferri potest, quam praefatum S. Petri Abfelaui encomium, si *Abfalomites* Abfelaum reddatur; de quo uno, eo quidem exiguo, Interpretis Graeci lapsu haud multum laborandum. Rursum eadem Menaea ad xiv. Octobris S. Petri nostri, quem Aufelamum perperam vocant, elogium paullo latius referunt: Ο Ἅγιος Πίστεως Ἀποσταλαμῆτις ὑπάρχων ἀπὸ τῆς ἑξήκοντος ἡλικίας, καὶ ἰσχυρῶς τῆ σώματι, πολλὰς ἀνδρομαχίας ἐπὶ ταῖς ὑπὲρ Διουβῆας ἑθλοῖς. καὶ πάντας καταπερήσας τ' ἐπηύχων, ἐφ' ὃν ἔκτα ἔτι τῆς βασιλείας Διοκλητιανῆς ἑ Μαξιμιανῶν, θύμα δὲ προσεδρακτον ἰγίνιστο τῶ Θεῷ, τοὶ δὲ πρὸς ἀγῶνα πλίσας. S. Martyr Petrus Aufelamus professus est finibus Eleutheropolis, vico Aneae dicto, generosus 6' acer animo juvenis, valido quoque corporis robore: saepe fortiter fecit pro Religione, contentisque omnibus praefinitibus, sexto Diocletiani, 6' Maximiani anno sacrificium Deo acceptum factus, certamen in flammis absoluit. Ubi, ut vides, sextus Diocletiani annus pro septimo persecutionis a Diocletiano excitarae est interpretis oscitantia obrepit. Basilii denique Imperatoris Menologium ejusdem Martyris festum xi. Januarii celebrat, his verbis: *Certamen S. Martyris Petri. S. Martyr Petrus, in pago Aneae apud Eleutheropolim natus, corpore robusto, sed fide in Christum robustior, ab adolescentia similem prudentiam praeferebat, quum doceret omnes ab Idolis secedere, 6' ad Christum solum verum Deum, hominumque Servatorem adcedere. Quae quum de illo accepisset Eleutheropolis Praefes, missi satellitibus comprehensum compellebat Christum jurare. Sed quum ad id illum inducere nequiveret, praecipit, ut in ardentem fornacem ignis injiceretur: in quam immixtus Sanctus, per multas horas gratias agens, Deumque pro totius mundi, Sanctarumque Ecclesiarum tranquillitate orans, decessit.* Haec Menologium Basilianum,

Ejus memoria  
& cultus in  
Graecorum Me-  
naeis.

In Menologio  
Basiliano.

Latini quoque Martyrologi diversis diebus S. Petrum Abfelaum concelebrant. Die quidem 3. Januarii Beda habet: *S. Petri Martyris.* mss. Lamberti Leodii: *In Civitate Aulana, passio S. Petri, qui crucis supplicio est interemptus.* Verulum ms. S. Martini Tornaci. *In civitate Avelana passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximiano Imperatore.* Ufuardus: *Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulanam, crucis supplicio est interemptus.* Eadem Bellinus, & Martyrologium Romanum; Maurolico autem: *Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulanam, crucis supplicio est interemptus sub Severo Praefide, Diocletiano imperante.* Maurolico consentiunt Galefinius, & Martyrologium Germanicum. Ad diem vero 4. ejusdem Mensis Hrabanus, & ms. Martyrologium S. Maximini Treviris: *Eodem die passio Petri, qui 6' Balsami, Martyris, sub Maximiano Imperatore, agente Severo Praefide, qui cum nolentem sacrificare Diis, iussit suspendi, 6' angulis lacerari: ad extremum vero gladio interfectus est, 6' in Aulana civitate sepultus.* Eadem iisdem fere verbis Notkerus. Die demum xi. Januarii ceteris adcurator Mola-

Et apud Lati-  
nos.





## A D M O N I T I O

## In Martyrium Sanctae THEODOTAE Martyris.

S. Theodotae nomen & Acta hucusque ignota.

Quum inter Sanctorum Martyrum Certamina, quorum nobis Chaldaicus Nitrienfis Cod. Vatic. I. monumenta servavit, Theodotae meretricis Martyrium tam acerbitate suppliciorum, quam muliebri fortitudine, ac multitudine eorum, qui virtutis illius exemplo confirmati sunt, maxime emineat, eo nobis magis commendari, majorique in pretio esse debet, quod Martyris hujus memoriam nusquam alias aut celebratam aut indicatam inveniamus. Theodotam quidem Martyrem ad xvi. Kal. Augusti Romanum Martyrologium memorat, sed pro Sacrarum Imaginum cultu sub Leone Iconoclasta Constantinopoli passam; ut eo die pluribus narrat Graeci in Menologio. Alteram item Theodotam Martyrologium idem vi. Nonas Augusti, Menologium vero ad iv. Kal. ejusdem mensis, cum tribus filiis Nicaeae in Bithynia Martyrio perfunctam. Sed utraque a Theodota meretrice diversa est.

Vindicatur.

Et si autem quisquis sese in versandis Sanctorum Actis exercuerit, dubitare non potest, quin haec germana & sincera sint Acta Martyrii; eadem tamen pro virili vindicare conabimur, ubi quid fortasse Lectores morari possit. Ac primum omnium, in qua Persecutione Martyrium Theodotae contigerit, haud facilem habet explicatam. Nam ipsa temporis designatio, quae lucem adferre deberet, tenacis potius offundit; ita enim Acta exordiantur: *Ἐπισημασθησάτωσαν ἡμετέροις τὰς ἡμέρας τῆς ἐπισημασθησάτωσαν* Anno sexcentesimo quadragésimo secundo, mense Septembri, feria sexta; non alphabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus mendum facile possit obrepere, sed verbis integris ac discretis. In quem autem Christi annum competere dicamus annum illum 642. quum Acta non explicant, a quaenam Epochâ ducatur ac numeretur? Hanc igitur Epocham primo loco statuemus, decernamusque, a quaenam initio aera illa decurrere coeperit: *Apud quos enim temporis ratio non cohaeret, ut recte scripsit Tatianus, apud illos neque veritatis, neque fidei historicae ratio ulla constare potest.*

Theodotae Martyrium ultra annu Christi 324. differri non posse.

Multa nobis ex Actis constant, quae ad delinandum Martyrii tempus valde conducunt. I. Theodotam passam esse inter ipsa persecutionis initia: *Anno 642. mense Septembri feria sexta persecutio in nos excitata est in urbe Philippi. Nam Agrippa Praefectus solenne Divi sacrificium, & Apollini festum soleturus, edixit, ut omnes iisdem immolarent. Quum autem Theodota meretrix edicto obtemperare recusaret.* II. Persecutionem illam non populari tumultu, aut privato Praefidis odio, sed Imperialibus edictis excitatam; ait enim Agrippa: *Legi Imperatorum obtempera, Theodota.* III. Theodotam non quaesitis criminum coloribus, sed Christianae Religionis nomine damnatam. IV. Persecutionem, qua Theodota exstincta est, eam fuisse, quae non solos Ecclesiarum Praefides, aut ministros, aut milites exagitaret, quaeve solam bonorum, aut munerum aut patriae jacturam, sed quae suppliciorum acerbitatem capitalemque sententiam mulieribus etiam intenteret. V. denique, Persecutionem illam sub Imperatoribus, non utcumque Ecclesiam vexantibus, sed ethnicis, & ad Idolorum cultum Christianos compellentibus, esse quaerendam.

His constitutis, quae ex ipsius Actorum verbis planissima sunt, sequitur Martyrii, de quo agimus, tempus ultra annum Christi 324. differri non posse; jam tum enim Constantino solo rem Romanam gerente, ab ethnicorum Imperatorum edictis nullum Christianae Religionis intra Romani Imperii fines bellum fuit. Qui enim post pacem a Constantino M. Ecclesiae redditam Martyrii palmam adepti sunt, vel sub haereticis Principibus, vel sub barbaris sive extra Romani Imperii fines, sive Romanas provincias vastantibus, pro vera Religione occubuerunt.

Haud equidem inficior, Julianum post Constantini tempora immani contra Christianos odio, infanoque partim retinendae, partim restituentiae Idololatriae studio flagrasse. Sed is *Christianam religionem arte potius, quam potestate insectatus, ut negaretur fides Christi, & Idolorum cultus susciperetur, honoribus magis provocare, quam tormentis cogere*

*sogere studuit*; ut scribit Paulus Orosius lib. 7. historiar. cap. 30. Imo vero tametsi leges ediderit, quae vel Episcoporum discordias sererent aut foverent, vel Clericorum disciplinam, Christianaeque plebis pietatem labefactarent; gloriam tamen Martyrii invidens Christianis. *Populus Civitatum palam interdixit*, inquit Sozomenus lib. 5. hist. Eccles. cap. 5. *ne quem Christianum aut injuria adficerent aut contumelia, neve invitio ad sacrificandum traberent*. Id quod saepe Julianus ipse de se fatetur. In Epistola enim 7. ad Artabium: *Ego*, inquit *per Deos, neque interfici Galilaeos, neque caedi praeter jus est aequum, neque molestiae quidquam perpessi volo; sed tamen in pio est sanctos viros praefereudos esse vel maxime censeo*. Et rursus in Epist. 43. ad Eccebolium: *Equidem de Galilaeis omnibus adeo clementer, et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trabatur, neque alia de re ulla praeter voluntatem suam contumelia adficiatur*.

Temere proinde scripsit Philostorgius lib. 7. initio ad annum 361. tributam per edita Juliani Gentilibus potestatem, quodcumque animo conlubiisset faciendi, et quae Christianis in mala incredibilia fuisse conjectos, *gentibus ubique omnis generis malitiam nonaque quaestiones et acerbissimas mortes his insipientibus*. Verum quidem est, sub Juliano caedes Christianorum factas esse truculentissimas, adeo ut non defuerint, ubi veluti victimae aris imponerentur. Socrates lib. 3. hist. Eccl. cap. 13. *Tunc etiam pagani in Christianos irruerunt, et concursus factus est eorum, qui se Philosophos praedicabant. Quin etiam nefanda quaedam mysteria ab illis excogitata sunt; ita ut pueros impuberes utriusque sexus immolarent, extaque eorum inspicerent, carnes denique degustarent*. Sed exempla illa crudelitatis aut privatorum aut populari furori, non Juliani edictis adscribenda sunt, qui utcumque Christianorum caedibus apud animum suum gauderet, illas certe nunquam aut imperavit legibus aut probavit. Imo vero quum Gazenses Eusebium, Nestabum, & Zenonem truciter necassent, *metuere coeperunt*, inquit Sozomenus lib. 5. cap. 9. *ne Imperator ipsos impune abire non sineret. Jam enim rumor sparsus fuerat, indignari illum, et decimum quemque ex plebe necari statuisse*. Non fuisse autem aut timori aut rumori locus, si Julianus legibus suis eam Gentilibus, quam Philostorgius narrat, potestatem fecisset.

Itaque Baronio ad annum 362. Martyrium Philippi Heracleensis ad Juliani Imperium referenti, adtipulari non possumus; tota enim judicii & quaestionis series a Juliano temporibus abhorret. Bassus enim Praefes Philippo ait: *Legem Imperatoris audistis jubentis nusquam colligere Christianos, ut in toto orbe terrarum hujus sectae homines aut sacrificia convertantur, aut pereant*; quae verbis factisque Juliani non conveniunt. Quare potior mihi est opinio Ruinarti, Philippum sub Diocletiano passum existimantis. De Gordiano, & Epimacho, quos sub Juliano coronatos in Romano Breviario Acta memorant, quod incertum esse scribit Ruinartus, nec adfirmare audet Papebrochius, idem esto judicium. Fateor quidem Aemilianum, ut narrat Theodoretus lib. 3. hist. cap. 6. sub Juliano flammis traditum a Capitolino Thraciae Praefecto, ad quem adlufit Ambrosius epist. 29. ad Theodof. *Quot se offerre habent tali optioni, quum meminerint tempore Juliani, illum, qui aram dejecit, et turbavit sacrificium, damnatum a JUDGE scisse Martyrium?* At Aemilianus, non quod Christianus esset, sed quod aram evertisset, & sacrificium disturbaasset, damnatus est, ut Ambrosii verba, & Theodoreti narratio docet.

Atqui de Martyribus sub Juliano frustra contendimus, quod ad rem nostram adinet; quum annus 642. a quacumque demum Epocha ducatur, in Juliano Imperium incurrere nequeat. Nam Julianus anno Christi 360. ad Augustam dignitatem evectus est, & anno 363. e vivis excessit. Quod si lubeat Caesareae dignitatis tempus ad ejus imperium adjicere, ab anno 355. usque ad 363. Regnum tenuit. At annus 642. Alexandreae five Graecorum aerae concurrit cum anno Christi 331. Syro-Macedonum autem epocha nulla est, cujus annus 642. non pertineat ultra annum Christi 384. hoc est, post obitum Juliani. Quod si ad epocham obitus Alexandri respiciamus, annus ille 642. non minus 36. annis Caesarem Juliani imperium antevertit. Ad Juliani igitur tempora & persequutionem Martyrium Theodotae referri nequit.

Quispiam fortasse quum videat Theodotae Martyrium Diocletianeam crudelitatem referre, & tam quaestionem, quam supplicia temporum illorum conditioni adprime con-

Martyrium  
S. Theodotae  
non posse ad  
Diocletiani  
persequutionem  
pertinere.

venire, in ea persecutione Theodoram Martyrium obiisse putaverit. At annus ille 642. a quonam initio putabitur, ut in Diocletiani persecutionem incidat? Atqui Scriptores & Calligraphos, iniquis, interdum pro arbitrio aeras adponere non ignoramus. Nam saepe annos Imperatorum numerant, ut & Lucas: *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Caesaris*; saepe etiam Praefidum, ut passim Syri, saepe Patriarcharum, ut Constantiopolitani. Monachi vero interdum ab exstructis Monasteriis; saepissime etiam ab insigni aliquo eventu, ut apud Evagrium lib. 6. hist. Eccl. cap. 7. *Anno sexagesimo primo a prioribus terrae motibus*; adeo ut non defuerit, qui annos computaret ab aedificato Templo S. Sophiae, cujusmodi aeram se legisse in ms. Cod. Florentino, testatur Bernardus de Montfaucon lib. 1. Palaeograph. Graecae cap. 5. nec ab similes passim observant, qui mss. Codices versant. Quid igitur, si Actis nostris, quae Graece scripta, aut Chaldaice, seu Syriace versa in Urbe Alexandria fortasse fuerunt, aeram Alexandriae conditae praescriptam dicamus, eorumque scriptorem vel interpretem Romanos imitari voluisse, annos Urbis conditae numerantes? Porro Alexander octo ante annis, quam satis cederet, Alexandriam condidit, hoc est, anno ante Christum 331. ac proinde annus 642. ab Alexandria condita concurrit cum anno Christi 311. cum ipso scilicet Diocletianae sive Galerianae persecutionis aestu. Hac autem aera constituta explicatissime procedunt omnia, quae leguntur in Actis, praesertim quod plures Imperatores dicantur Diis immolare & immolandum praecipere: quod quidem extra Diocletiani persecutionem aere cum Actis nostris conciliari poterit.

At enim vero quisquis aeram quampiam non vulgarem, neque in usu positam usurpat, nunquam annos numerat, nisi indicata epocha & initio, unde ducuntur. Nam annorum numerum conscribere, eorumque initium dissimulare, hominis est abutentis & otio scribendi, & patientia Lectorum. Quid enim si Evagrius sexagesimum primum annum designasset, neque addidisset, *a prioribus terrae motibus*? Quam inde temporis cognitionem haurire liceret? Quum igitur Actorum nostrorum Scriptor aerae initium non expresserit, procul dubio aeram usurpavit, non pro arbitrio adhibitam, sed usu non ignotam, cujus propterea initium ad temporis cognitionem non necesse erat consignare. Aeram igitur Urbis Alexandriae quum nemo haecenus memoraverit, si pro animi sui sententia scriptor conscripsisset, addidisset certe, *anno 642. ab Alexandria condita*.

His addeat, quod tamen aera Urbis Alexandriae usu Scriptorum trita est, nihil inde lucis Actis adferret. Enimvero cum persecutionis alicujus initio concurrere debet aera, quam vestigamus. Persecutio autem Diocletiani anno Christi 303. coepit, anno vero 311. annus ejus jam octavus vertebat; ut passa dici non potuerit Theodota, quum *persecutio excitata est*. Ac licet interdum edicta serius ad remotas provincias pervenerint, & propterea alibi quidem adulta, alibi vero primum erumpens eadem persecutione deprehendatur; id certe de Macedonia & Thracia suspicari non possumus: Illyrico enim, ubi sedem Galerius fixerat, proxime adiacebant, jamque ibi multos Christianorum absumerat persecutio. Etenim, ut de aliis taceam, Agape, Chionia, & Irene passae sunt Thessalonicae, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coss. hoc est, anno Christi 304. Praeterea mense Septembri anni 311. persecutio cessaverat, ex edicto Galerii, quod recitat Eusebius lib. 8. cap. 17. & Lactantius de moribus Persecutorum cap. 35. qui pridie Kal. Majas fuisse propositum ac promulgatum diserte tradit; egregieque Pagius ad annum 311. num. 12. & 13. refutat Valesium, qui ante mensem Martium, & Tollium, qui pridie Kal. Februarias mansisse volunt.

At dicat quis, eodem illo anno 311. renovata est persecutio a Maximino, quum per menses aliquot quievisset. Ait enim Eusebius lib. 9. cap. 2. *Verum ille honestatis & honorum omnium inimicus Tyrannus, qui, ut supra diximus, in Orientis partibus imperium gerebat, quum hunc verum statum diutius ferre non posset, ne se quidem integris mensibus passus est cum permanere: ἀδ' ὄλιγος ἐπι μῆνας ὄντων ἐπιπλήθει τοις φόροις ἀνίσχηται*: Nihil igitur vetat, quo minus tunc excitata dicatur persecutio, quum a Maximino redintegrata ac renovata est, sive iterum excitata; ita ut initium quodammodo persecutionis anno 311. inveniat.

Verum in mensem Septembrem renovata haec persecutio cadere non potest. Verba

ba enim Eusebii luculenter docent, dies quidem aliquot defuisse ad expiendum sextum mensem, sed quintum jam fuisse totum in pace Ecclesiae transfactum. Praefertim quum ibi Eusebius Maximini furorem, & celeritatem instauratae persecutionis ostentare conareret. Quamobrem nisi quintus mensis Christianae pacis omnino praereterisset, scribere debuisset: *Ne quinque quidem mensibus integris*. Quoniam igitur a Kal. Maji pacem agitarunt Christiani sex menses, licet non integros, totum certe Septembrem, quo mense Theodota passa est, ab omni persecutione vacarunt. Initium proinde renovatae persecutionis, ex Eusebii sententia, in Octobrem incidit; ac recte observaverat Pagius ad annum 311. num. 20. ea, quae narrantur a Laetantio, circa Novembrem coepisse esse, ideoque instauratam persecutionem circa festa Quinquennalia Maximini, quae in Novembrem incurrebant. Quamquam diebus aliquot ante Novembrem oportet revivisse persecutionem, ut a Kal. Maii sex menses non integros habeamus.

Neque vero sola temporis consignatio, sed locus etiam Martyrii haec de Maximini persecutione conjecturam evertit. Enimvero neque in Thracia, neque in Macedonia, ad quas solas provincias urbs illa Philippi pertinere potest, imperitavit unquam Maximinus. Scio doctissimum Norisium in dissert. de Nummo Liciniani cap. 2. scripsisse se de Licinio & Maximino: *Utri Thracia contigerit, in obscuro latet. Quispiam Maximino potius deputavit, quod exorta inter utrumque bello, Maximinus in Illyrico cum Licinii copiis conflixit. In Thracia autem prior belli turbo detonasset, si haec ad Licinium spectasset, neque Maximinus tantas ex Asia copias in hostili litore exposuisset, si nullum in Europa portum possederet*. Sed haec quum scriberet Vir cl. librum Laetantii de mortibus persecutorum nondum viderat, in quo legimus: *Maximinus audito nuncio obitus Galerii dispositis ab Oriente cursibus pervolavit, ut provincias occuparet, ac Licinio morante omnia sibi usque ad fretum Chalcedonium vindicaret*. Itaque tantum abest, ut Maximinus ad Thraciam usque imperii fines extenderit, ut ne ambitionem quidem suam illuc protulerit, quippe qui provincias ultra fretum Chalcedonium positas minime adflectarit. Norisium vero transversum egit error Zosimi scribentis, primum Maximini praelium cum Licinio commissum esse in Illyrico, quum Laetantius adfretus, acies concurrisset in campo, *quem serenum vocant*, jacentem nimirum inter Hadrianopolim & Heracleam, Thraciae urbes. Deinde falsum est illud, quod Maximinus copias in hostili litore exposuerit; nam ad fretum Chalcedonium subsistere coactus fuit, objectis sibi ex opposito Thraciae litore copiis Licinii, ut ibidem Laetantius. Licinio igitur una cum Macedonia etiam Thracia parebat; neque ullus superest conjecturis locus, ut Martyrium Theodotae ad Diocletianeam persecutionem, sive sub Galerio furorem, sive sub Maximino reparatam referatur.

Mihi quidem facillime cuncta explicari posse videntur, quae ex Aëtis constant, si annos in aera nec arbitraria nec insueta, sed vulgatissima numeremus, in aera nimirum Alexandriae. In hac autem deducenda alius aliud initium spectavit. Aera Seleucidarum, quae Graecorum dicitur, estque in maximo apud Syros & Arabes usu, quam ipsi Aeram Contractam nominant, ab anno post Alexandri excessum duodecimo capit initium. Atqui nonnullos hanc ipsam ab Alexandri obitu numerare testatur Petavus lib. 10. de doctrina temp. cap. 43. quos prochronismum duodecim annorum admittere merito reprehendit. Ab Alexandri etiam obitu alia incipit aera, quae dicitur Philippi & obitus Alexandri, aeramque Seleucidarum sive Graecorum duodecim annis praeverrit; de qua non solum copiose tum veteres tum recentiores Chronologi differunt, sed usus etiam Scriptorum prohibet nobis testimonium. Nam Bernardus de Montfaucon loc. cit. ubi Calligraphorum varias aerae adponendae consuetudines memorat: *Non desunt*, inquit, *qui annos numerent a morte Alexandri & ab initio Regni Philippi Aridei*. Haec epocham si statuamus, atque ab ea annos 642. multiplicemus, ad ea tempora, eamque persecutionem deveniemus, quae characteres in Aëtis expressos adamussum repraesentent.

Porro Cenforinus lib. de die natali cap. 21. ubi insignium epocharum titulos consignavit, ait, annum illum, quo ipse scribebat, Ulpio scilicet & Pontiano Coss. fuisse; ab Olympiadam initio 1014. a Roma condita 991. Julianum 283. Augustorum 265. Nabonassarum 986. Philippi vero & obitus Alexandri 568.



Profecto annus, cui nomen dederunt Ulpius & Pontianus, sive Pius & Pontianus, ut Fasti Theonius & Norisiani, sive An. Pius, & Pontianus Proculus, quod praefert. Pagius, est annus Christi 238. ut planissime post Calvisium & Petavium demonstrat Pagius, qui ad annum illum 238. *Nihil*, inquit, *hodie certius in Chronologia, quam praefatos annos cum anno aerae Christianae 238. concurrere.* Annis igitur aerae obitus Alexandri 562. & aerae Christianae 238. in unum concurrentibus si addantur anni 80. habebimus in utraque aera simul concurrentes, in Philippaea quidem & obitus Alexandri 642. in Christiana vero 318. ex quibus consequitur, Theodotae Martyrium non nisi Licinianae persecutioni esse assignandum. Anno enim Christi 318. Romanum Imperium Constantinus, & Licinius obtinebant.

Atqui magni nominis parisque diligentiae Critici plerique omnes in constituenda Licinianae persecutionis epocha nostrae huic sententiae refragantur. Nam praeter Baronium, qui mendosa subscriptione L. 1. Cod. Theod. de Veteranis deceptus, coepisse putavit Licinii persecutionem anno 316. desisse vero anno 318. quo Constantinum cum Licinio debellasse censuit; Petavius, qui ad suos temporum cardines revocare suscepit Liciniana contra Constantinum bella, quibuscum persecutionis epocha inligata est, anno 319. initium persecutionis adfixit lib. 13. de doct. Temp. Pagius, qui eadem sibi *retrahenda & accuratius discutienda* sibi sumit, Martyres, qui in Liciniana persecutione passi celebrantur, non ante annum 319. consummatos esse contendit ad annum 316. Baluzius ad Lactantium de mortibus persequit. in anno 320. ejus persecutionis epocham locat. Tillemontius vix evinci posse, ait, Licinii persecutionem coepisse ante annum 320. Quorum judicia si vera sint, aera obitus Alexandri, quam Aetius designat dicimus, nullius persecutionis initium repraesentat. Sed in constituenda Licinianae persecutionis Epocha a tantorum virorum sententia gravissimae nos rationes revocant, quas ordine explicabimus.

Quo tempore  
Licinius Chrl.  
stianos perse-  
qui coepit.

Duas a Licinio excitas persecutiones distinguere oportet, utramque sane immitem ac cruentam, sed alteram quidem occultam ac latentem, alteram vero apertam ac palam saevientem, quam a Tyranni nomine Licinianam nuncupamus. Imo vero si rem curiosius, sed verius expendamus, tripartita videtur Licinii persecutio. Nam primum quidem nullis artibus testa sub Galerio defaevit; deinde vero quum solus Constantinus Licinii collega esset, partim metu, partim Imperii foedere occulta fuit, & Christianos per vices subinde exagitavit, denique dissociato foedere, & inter utrumque Imperatorem bello erumpente, propriis Licinii edictis commota est. Tertiae hujus, quae proprie Liciniana persecutio nuncupatur, initia haec inquirimus; sed pauca de duabus prioribus delibare operae pretium erit, ut de Tyranni ingenio, & indole persecutionis, quam versamus, certius aestimari, ac judicari possit.

Licinium jam tum ab anno 307. quo ad purpuram a Galerio evehsus est, inter persecutores Ecclesiae operam suam professum esse, minime quidem a vero ablutid. Nam Idololatriae studio, & Christianae Religionis odio incredibili furebat, & Galerius, cujus beneficio Imperium adeptus erat, ad exitium Christiani nominis perditte incumbere, eique Magistratus ubique obsceundabant; ut propterea incredibile videatur, Licinium hac in parte a Galerio dissenisse. Atque Eusebius quidem diserte videtur inter Persecutores Licinium Galerii Collegam numerare; ait enim lib. 8. cap. 16. *Tum Principes illi ipsi, qui bellum adversus nos olim gesserant: αὐτοὶ δὲ οὐκ οὐκ ἄλλοι τὸ τὸ κατὰ τὰς ἐπισημὰς πρὸς ἡμᾶς: repente praeter omnium spem mutata sententia palinodiam cecinerunt, humanis erga nos edictis & mitissimis constitutionibus ardentissimum persecutionis incendium resinguentes.* Ex Imperatoribus autem, qui in ea persecutione contra nos bellum gesserant, soli supererant Licinius, & Galerius, quum edicta illa mitissima proposita sunt. Nam Diocletianus & Maximianus jam se Imperio abdicaverant, Constantinus vero ab impietate & immanitate contra Christianos semper abhorruerat. Palinodiam igitur nonnisi Galerius, & Licinius cecinerunt; atque utrumque proinde bellum contra nos gessisse adfirmat Eusebius.

Tyrannum igitur appellari potuisse Licinium jam ab anno illo 307. mihi quidem valde probatur. Nec Pagio adsentiri possum, Papebrochii conjecturam refutanti, qua  
pu-

putavit, in Epitaphio S. Marcelli, a Damaso composito, *Tyranni* nomine Licinium indicari. Pagii verba sunt: *Immerito Papebrochius Bollandum reprehendit, & exilium Marcello irrogatum in Licinium transfert; cum is usque ad annum 319. Christianus fuerit, esse Christianus non sinit, seipsum talem simulaverit.* Etsi enim Papebrochii sententiam, & Epitaphii interpolationem minime laudo; non recte tamen rejicitur ex eo, quod Licinius usque ad annum 319. Christianus fuerit, ac se Christianum esse simulaverit.

Sed & quae de vera aut simulata Licinii religione scribunt ac sentiunt docti viri, non satis ad verum exacta mihi videntur; saepe enim illis ipsis argumentis, quibus superstitionem suam Licinius aperit, Christianam ipsius Religionem adstruunt, & confirmant; sive quod impune ac palam Christi Religionem exerceri permiserit, sive quod Christianis injunxerit, ut Deum suum pro sua ipsius ac Reipublicae salute orarent, sive quod Crucem nummis impresserit; haec enim, licet benevolum erga Christianos animam ostendant, abjectam tamen ex animo superstitionem, ejuratumque Idolorum cultum non evincunt; imo vero ex ipsa plerumque Idololatriae disciplina profecta sunt. Infederat enim animis Ethnicorum opinio, Divinum Numen omnibus aequae religionibus honorari ac propitium fieri; quosdam praeterea peculiare esse gentium, & populorum, ac sectarum Deos, quos contemnere ac violare impium ducebant, & quos potius sibi conciliare quacumque ratione satagebant. Unde ignotis etiam Diis arae extructae, inscriptaeque sunt apud populos ceteris superstitiones, ne quem scilicet aliarum gentium Deum sine cultu praerentirent; ac Romani magnam sibi adsumisse religionem videbantur, si nullam respuerent falsitatem. Hinc Tiberium, Alexandrum Mammaeae, aliosque Idolis addictissimos, Christo etiam inter ceteros Deos cultum adhibuisse, mirum videri non debet. Frustra igitur Triflanus, Patinus, & Pagius de Cruce in nummis Licinii impressa anxie quaerunt, ut inde Christianae Religionis argumentum ducant. Potuit enim Labarum, & Crucem nummis Licinius imprimere eadem illa superstitione, qua tripus Apollinis, serpens Aesculapii, tridens Neptuni passim exudebantur; ut nimirum inter ceteros Deos Christum connumerare profiteretur. Quod tamen non Christianum, sed superstitionis animam praefert.

Utrum autem ad Christianorum religionem Licinius animum aliquando adjunxerit, conjecturam quoque facere licet ex oratione, quam habuit ad primos exercitus, quum esset pugnam cum Constantino commissurus: *Viri amici, inquit, & commilitones, hi quidem, quos colimus, & quos ab ultimis usque majoribus colendos accepimus, Dii sunt patrii. Iste vero, qui adversarum nobis partium copias ducit, moribus institutisque majorum violatis, ad implam nullos credentium Deos opinionem deservit; peregrinum quemdam, nescio unde quaesitum, temere amplectens Deum. Quin etiam turpissimo ejus signo exercitum suum dehonstat.* Quae quidem verba tria nobis potissimum insinuant. I. Licinium semper Idolis fuisse mancipatum, & a Christo alienum. II. ejus Exercitum ex Idololatriae fere coactum. III. Constantinum a colendis Idolis serio abhorruisse, & unum Deum Christum coluisse: *Unus ille, nescio unde profectus, Constantini Deus.*

Odiu ejusmodi Licinianum in Christianos saepe Constantini metu repressum, subinde causis sese suggerentibus erumpebat. Praecipuae autem causae fuerunt bella, & similitates, quae inter utrumque Imperatorem intercesserant. Eusebius lib. 10. cap. 8. Porro quum Constantino bellum inferre statuisset, simul etiam adversus summum omnium Deum, quem a Constantino coli cognoverat, praecari instituit. Sozomenus vero lib. 1. cap. 7. Licinius vero, qui antea Religionem Christianam coluerat, post cladem illic (ad Cibalim) acceptam: *Αιμίσιος ἦ μὴν τὴν ἐνθάδε θεοῦ, οὐκ ἔστιν ἢ τὸ ἕκαστον, ἀποδέχεται.* (αποδέχεται haec non profiteri cultum religionis, sed honorem habere significat) animo mutatur, multos Sacerdotes, qui in suis partibus debebant, graviter adflixit. Sed & alios plurimos, ac praecipue militaris ordinis viros, male multavit. Etenim ob diffidiam, quod ipsi erant cum Constantino, Christianis supra modum erat insensus, ex eorum calamitatibus maximam dolorem Constantino allaturum se esse sperans: simul etiam existimans, Ecclesias Christianorum id unum optare, ac studere, ut illum solum Imperatorem haberent. In militarem autem ordinem eo maxime faevitum est, quod plerique religioni ducebant,

con-

contra Constantinum, seu contra signum Crucis, quod Constantini copiis praeferebatur, arma fumere.

Ecclesiam igitur Licinius aperto capite, ut loquitur Eusebius, persequi coepit post cladem Cibalensem; nam redintegrata deinde inter Imperatores concordia, inter cetera pacta convenita id praecipue cautum voluit Constantinum, ut Licinius ab infestandis Christianis abstineret. Jam igitur illos vexare & opprimere susceperat. Quamobrem stare non potest Pagii sententia, obnixè contendentis, Martyres omnes, qui sub Licinio passi dicuntur, non esse ante annum 319. absumptos. Sed quoniam aperta Liciniana persecutionis nomine eam intelligendam Scriptores volunt, quae nullo deinceps foedere Imperii sedata est, sed ad ultimam Tyranni cladem duravit, quamque Pagius ante annum 319. incipere non potuisse certissimis argumentis demonstraturum se pollicetur; hanc etiam ante eum annum initium cepisse, ex illis ipsius Pagii argumentis demonstrabimus.

Gemina sunt Pagii fundamenta in binis Martyrum Actis locata, Basilei scilicet Episcopi Amaseni, & Theodori Ducis. Basileum autem passum esse circa persecutionis initium, ex confessione Baronii pro certo statuit, ejusque aegonem, ex testimonio Nicephori, post Theodori Ducis mortem esse consummatum. Acta igitur Basilei, & Theodori diligentius excutiamus, ut ante annum 319. persecutionem coepisse planum faciamus. *Obiit Basileus*, inquit Acta apud Bollandum 26. Aprilis, *in mense Martio vigesimo octavo die; sepultus vero fuit in sacri sui gregis urbe mense Aprilis vigesimo sexto.* Obitum quidem S. Martyris in annum 319. incidisse non inficior, sed persecutionem jam ante excitatam, aperte docent Acta, ex quibus excerptam hyltoriae synopsis subijcitur.

*Licinius solius & veri Dei fidem reprobavit, idque post jurandum illud, quod Constantino saepius exposuit, nullo unquam tempore se a Christianorum fide deserturum, sed illius se fore propugnatorem. Quae sua promissa pro nibilo faciens, Idolis sacrificia offerens, & violenter Senatorias mulieres abripiens, omnes Christianos e domo sua procul fugavit. . . Quum igitur sine impedimento aliquo talia ab ipso diutius fierent, una quaedam puella Glaphyra nomine ad stuprum a Licinio per Benignum Cubicularium provocata, cum eo misterii exhorrens, arcanum illud Reginae ipsi aperire ausa est. Haec quum Regina didicisset, &c.* illam primo occultavit eo nomine, quod delirio correpta moritura videretur; postea vero opportuno tempus nata multum auri & argenti, regiumque ornatum & omnem suppellectilem, necnon pueros illi dedit, eamque misit in Armeniae regionem &c. Dei autem providentia factum est, ut illi in urbem Amaseam venirent, ubi Episcopum convenere, qui Basileus adpellabatur. Quum autem in urbe Amasea Templum Christianis non esset, adlatam secum pecuniam Glaphyra ad illud aedificandum contulit, atque ut compleri posset, novam pecuniae summam a Constantia postulavit, quam Constantia libentissime submisit, & puellam Episcopo per literas commendavit. *Temporis intervallo* iniquioris Daemonis arte factum ajunt, ut Glaphyrae literas Benignus ille, de quo diximus, invenerit. Quibus lectis, quum audisset puellam vivere, & apud quemdam virum Amaseae esse, Regi Licinio hoc patefecit. Qui quum mirum in modum furore adensus fuisset, illa ipsa hora ad Provinciae Praesidem edictum misit, quo jubebat Basileum ipsum, & famulam Glaphyram ferreis vinculis ligatos ad se mitti. Quum autem interea Glaphyra diem obiisset, Basileus ad Licinium missus est, quem promissis, minis, supplicisque frustra tentatum tandem capitis damnavit, & in mare demergi iussit.

Si quae autem fides Actis hisce, quibus nititur Pagius, habenda est, Pagii sententia consistere non potest. Enimvero Licinius jam Christianos e suo Palatio expulerat, atque in adfigendis Christianis diutius perliterat, antequam Glaphyram de stupro interpellaret. Glaphyra autem tandem a Regina occultata est, donec opportunum tempus clandestinae fugae adfuit. Dies autem complures iter absumit, donec Amaseam perveniret, ubi quinto die ad Episcopum deducta est. Templum autem extrui non potuit, sive aedificium eo perduci, ut pecuniam omnem a Glaphyra adlatam exhauriret, intra paucos dies. Sed & temporis nonnihil effluxit, dum literae Nicomediam a Glaphyra ad Constantiam, & ab hac ad Glaphyram commearent. Glaphyrae autem literae non statim, sed temporis intervallo deprehensae a Benigno, interceptaeque sunt, resque ad Li-

cinii

cinii mandata ad Praesidem, iter Basilei ad Licinium, necnon quaestiones de Basileo habitae, dies compluribus postulabant. Quae quidem omnia geri potuissent a Kal. Januarii ad diem 28. Martii nunquam adducar, ut credam. Minimum igitur Christiani e Palatio pulsi, & persecutio excitata est anno proxime superiori 318.

Acta modo Theodori Ducis penitus exquiramus, ut ex illis ipsis sententiam referemus. Ense fuisse consummatum Theodorum *Februarii mensis die septimo, Sabbato, hora tertia diei*, Acta testantur apud Bollandum ad 7. Febr. Hinc confici putat Pagius, Theodori Martyrium contigisse anno 319. cujus nimirum litera Dominicalis erat D. ac propterea Sabbathum incurrebat in diem septimam Februarii. Haec autem quum Pagio libenter concedamus, initium persecutionis ante eum annum constituendum esse contendimus, si Aetorum fidem cum Pagio suscipiamus. Eorum igitur historiam percurramus. Quum Licinius irreconciliabilem persecutionem excitasset adversus eos, qui erant insignes pietate, & misisset per universam civitatem & regionem; quumque vidisset sceleratissimum, quod magna atque infinita multitudo contemneret ejus edicta, statuit insigniores comprehendere in exercitiis & in civitatibus. Ex cap. 1. num. 2. *Quum vero ubique quaererentur ii, qui sunt gloriosiores in rebus hujus mundi, ei significatum est de quodam viro nomine Theodoro.* num. 3. Quoniam igitur anteaquam ad Licinium Theodori nomen delatum esset, eo usque invaluisse persecutionem testantur, ut Tyrannus videret sua edicta ab infinita multitudine contemni, ante mensem Januarium ejusdem anni 319. edicta illa procul dubio proposita videntur. Ad haec, quae a delatione Theodori usque ad ejus caedem gesta narrantur in Aetis, aegre conjici possunt intra unius fere Januarii fines. Etenim quum Theodori virtutem & Christianae religionis studium Licinius audivisset, mittit ad ipsum a Nicomedia usque ad Heracliam, quum prope esset Poatus Euxinus, Protectorem cum satellitibus. Illi autem quum venissent Heracliam, adducunt instabant, ut iret Theodorus ad Imperatorem. Ex cap. 2. num. 1. Ut se illi ad iter compararent, atque Heracliam pervenirent, pluribus diebus opus fuit. *Tres autem dies eos detinuit Theodorus, ac paucis retentis, reliquos misit ad Licinium, ad eum scribens epistolam, ne aegre ferret ipse Imperator ad eum venire cum Diis suis insignioribus, ut te, ojebat, praesente, Diis sacrificem. Illi autem reversi quum reddidissent epistolam, & ejus exposuissent prudentiam & virtutem, & decere non gravari ire ad ipsum. Quod si fiat, omnes qui locum habitant, adorabunt Deos Imperatoris. Eorum verbis inductus Licinius quum magnam congregasset multitudinem ad octo millia, profectus est Heracliam.* Mihi quidem, si Kalendis ipsis Januarii delatus fuisset Theodorus, non videtur Licinius ante diem 7. Februarii Heracliam pervenire potuisse. Ut omnittam quae a Licinii adventu ad Theodori mortem intervenerunt, contracta scilicet Idola Licinii, supplicia Theodoro inlata, anteaquam *per dies quinque* in custodia detineretur, & alia pleraque, quae fusius narrantur in Aetis. Si igitur ense consummatus est Theodorus anno 319. die 7. Februarii, persecutio jam commota erat anno saltem superiori 318. si Aetorum auctoritas quidquam valet.

Secundum quoniam Aetorum fides nutare videtur doctis viris, aliis esse insitendum argumentis, ut apteram, de qua disputamus, Licinii persecutionem ante annum Christi 319. coepisse demonstramus. Porro initium ejus persecutionis factum a pellendis de Palatio Christianis nemo inficiatur, ex testimonio praesertim Anonymi Valesiani. Ad Licinium de Palatio Christianos depulisse ante annum 319. haud obscure insinuat Svidas verbo Auxentius. Narrat enim Auxentium Licinii familiarem propterea cingulum solvisse, ac de Palatina militia fuisse expulsum, quod quum Licinius a prandio in hortos Regiae domus animi gratia divertisset, & eximiae magnitudinis uvae botrum decerpendum, atque ad pedes statuae Bacchi, quae fonti insidebat, conlocandum Auxentio mandasset, ille, nefas id Christiano esse dicitans, parere detrectaverit. Jam vero pomeridiana Licinii deambulatio ad fontis amoenitatem & vitem inumbrantem, uvaeque maturitas adultam aetatem vel autumnum praeseferebant, hybernium certe tempus post Kalendas Januarias indicare non videntur. Atqui in aetatem vel autumnum anni 319. cadere non possunt; jam enim per hyemem ejus anni persecutio adulta erat, atque in Christianos gladio saevierat, ut Pagius contendit. Ergo pellebantur e Palatio

Christifideles ante annum 319. atque adeo Septembri anni 318. ut Martyrium Theodotae, & excitatam persecutionem adsignemus, nihil vetat; praesertim quum conjecturae non leves huic sententiae adtulerentur. Nam I. simillimum vero est, Licinium repentina rabie excitatum in eas provincias primum saevire coepisse, quas Constantino favere impensius crebatur, quasque prae caeteris ob Christianae religionis studium sibi suspectas habebat, cujusmodi erant, quae Constantinianis limitibus proxime adiacebant, Thracia praesertim Illyrico finitima. II. Turbinem illius persecutionis Thraciam ante alias excepisse, ubi nimirum Licinius degebat. Nam S. Ammon Diaconus a Rhado Macedoniae Praefecto missus a Beroë, sive Berrhoea Thraciae Heracliam Thraciae quoque urbem dicitur ad Licinium Tyrannum, & ibidem Martyrio coronatus in Menologio Graecorum die 1. Septembris. III. Quum Licinius Christianos vexaret, ut Constantino dolorem inureret, quod scribit Sozomenus, eos primum adgressus videtur, quorum incommoda Constantinus ignorare non poterat. In Thraciam igitur primus Persecutionis impetus invasit, ibique Septembri mense ante annum 319. Theodotam Caelo dedit.

Quod autem Scriptor Actorum diem mensis indicare praetermissit, ad confirmandam hanc nostram de anno 318. conjecturam valde conducit. Fortasse enim quum annum & feriam adnotasset, diem consulto omisit, qui nimirum ex ipsa anni & feriae nota constabat, patebatque. Id autem qua ratione coniciamus, expediam paucis. Enimvero Christianos priorum seculorum Kalendarium Judaeorum sequutos, annum ab Aequinoctio autumnali inchoasse notius est, quam ut argumentis ac testibus ostendamus. Certe in Epistolis antiquorum Patrum, praesertim quae inter Acta Concilii Chalcidonensis exstant, hoc initio annos numerari videmus. Potuit igitur Actorum nostrorum Scriptor ab aequinoctio Autumnali annum 642. auspiciari. Quo dato, & illud sequitur, unam dumtaxat feriam sextam ad illum Septembrem mensis ejusdem anni pertinuisse; sumto enim anni initio a die 24. Septembris, quae anno Christi 318. fuit feria quarta, sola dies 26. ejusdem mensis in feriam sextam incidisset. Litera enim Dominicalis anni 318. fuit E. Scriptor proinde supervacaneum putavit diem mensis adjicere, quam ex anni, & feriae indicibus notam esse existimavit.

Quum haec, quae de notatione temporis, deque Aera Actis praescripta facile doctis viris probatum iri confidam, alia quoque nobis rationum momenta suppetunt ex iisdem Actis, quae ad Licinianam Persecutionem Martyrium Theodotae pertinere confirmant. Nam I. ea Persecutionis indoles describitur, quae ab immanitate Diocletianae nihil abhorret: qualis certe fuit Liciniana Persecutio, quae nimirum adpendix, sive continuatio potius Diocletianae fuit; adeo ut a plerisque inter Persecutiones peculiari nomine non censeatur. II. Laxitas quaedam disciplinae, ac remissio pristinae Christianorum fortitudinis, quae in Actis adparet, Constantini tempora, & concessae aliquantisper pacis indolem praesertit. Quum enim Constantianus dictis, factisque patronum se Christianae Ecclesiae praerberet, plerisque ad Ecclesiam compulsi non sincerus Religionis, aeternaeque salutis amor, sed captandae Principis benevolentiae studium; plurimique non satis per virtutem idonei, quum Persecutionis metus abesset, confertim in Ecclesiam irruerunt. Hinc multitudo illa lapsorum, qui ad septingentos & quinquaginta jam sacrificare parati, exemplo Theodotae revocati sunt. In hac autem multitudine lapsorum Liciniana tempora facile agnosceret, qui Nicaenos Canones recolat: eademque laxitas disciplinae indolem illam Christianae pacis redolet. Qua de re testantur Acta S. Gordii Martyris, qui sub Licinio passus est, stadium, ubi Circenses edebantur, in quod se Gordius intulit, Christianorum eorum multitudine fuisse confertum, qui, S. Confessore in medium prostante, clamorem sustulere. Ejusmodi porro spectaculis nefas erat Christianis per antea Ecclesiae tempora interesse. III. demum ut Liciniana Persecutioni Martyrium Theodotae adsignemus, suadet, quod Meretricem mulierem vix aliis temporibus in Ecclesiam admittam, aut in communione Fidelium toleratam videre liceat; summa enim inter superiorum Persecutionum tempora vigeat disciplina. Theodotam autem quaeclum corpore fecisse, liquet ex ejus Actis, quae mox proferemus.

Restat tamen, ut difficultati omnium gravissimae occurramus, quae maximum prae cunctis negotium sententiae nostrae facessere videtur. Quo, scilicet, passio Agrippa Praefectus urgere Theodotam potuerit, ut legi Imperatorum obtemperaret, & eandem rursus Imperatorum exemplo redarguere: *Nonne sapientiores te sunt Domini tui Imperatores, qui Deorum pacem hostiis exposuerunt?* Nam si anno 318. sub Licinio passa est Theodota, quum, nimirum, Constantinus palam Christianae Religionis patrocinium susceperat, unius dumtaxat Licinii Imperatoris idololatriam profitentis, non vero plurium Imperatorum editis, ac mandatis damnari potuit.

Ut satis huic argumento faciamus, statuendum est, Edicta Imperatorum post M. Aurelium, qui primus Imperii Collegam habuit, omnium Collegarum nomina praetulisse, tamen ab uno proponerentur, ceteris nec scientibus, nec consentientibus. Totum enim Imperium ab omnibus in solidum regebatur, etiam si Provincias inter se partiti essent. Hinc Legibus passim in Codice Theodosiano, & Justiniano unius Imperatoris iussu editis Collegarum praescripta sunt nomina. Ita Lex 2. de censu Cod. Theod. lib. 13. Tit. 10. data est ad Praesidem Lyciae, & Pamphyliae, quae non Constantino, sed Licinio parebant; utriusque tamen Augusti nominibus inscripta est. Et quamquam excipere quis possit, editam fuisse Legem illam ante pugnam Cibalensem, atque adeo ante Provinciarum partitionem; data enim dicitur Constantino III. & Licinio III. Coss. hoc est, anno Christi 313. tamen non prima, sed nova facta est inter Constantinum, & Licinium Provinciarum divisio post Cibalensem pugnam: Lycia vero, & Pamphylia jam antea Licinio suberant. Neque illud omittere deo, subscriptionem ejus Legis, numerumque Consulatum a Cardin. Norisio emendatum esse in Diss. de Nummo Licinii, ubi ostendit, eam Legem editam esse anno 315. post Cibalense bellum superiori anno confectum. Praeterea Edicta Constantiani in causa Donatistarum solius Constantiani auctoritate, cui Africa subiecta erat, manarunt; nomine tamen etiam Licinii emissi sunt, ut apud Augustinum Epist. 88. ad Januarium Donatistam: Epistola ad Probianum Proconsulem Africae, ut Ingentium mittat ad Comitatum Constantini, a solo Constantino scripta est: ejus tamen inscriptio Collegae quoque nomen praefert: *Imperatores Caesares Flavii Constantinus Maximus, & Valerius Licinius ad Probianum Proconsulem Africae.*

Ac ne longius ab Actis ipsis, quibus Persecutio in Christianos excitata est, abeamus, Edictum, quo saevissima Persecutio a Diocletiano, & Maximiano commota est, nomina praefert non solum Diocletiani, & Maximiani Herculii, & Galerii, verum etiam Constantii Chlorigi, qui tamen a vexandis Christianis semper abstinuit. Ea igitur ratione potuit Agrippa Praefectus Theodotae imperare, ut Imperatoribus obtemperaret, qua & Praefectus Caesareae Procopio mandavit, ut quatuor Imperatores veneraretur, inter quos erat Constantius: & Anulinus Proconsul Crispinae edixit, ut Diis pro salute Principum sacrificaret *secundum legem datam a Diocletiano, & Maximiano prae Augustis, & Constantio nobilissimo Caesare*, qui licet nec cultum illum sibi deferri juberet, nec ultiam Diis pro salute sua sacrificandam legem daret, Edictis tamen praescriptus erat. Praefides autem Principum voluntatem, & mandata ex edictorum verbis deprehendunt. Quidquod Principum Decreta non semper plures in Regno Principes designant, uti ex Actis SS. MM. Felicis, Fortunati, & Achillei demonstrat in Notationibus ad Caput 10. Vitae S. Irenaei Halloixius. Sic Acta S. Maximi M. quae Proconsularia vocat Baronius, relata a Bollando die 30. Aprilis, & a Ruinarto, passim dicunt Maximum sub Decio, qui *Decreta constituit per universum Orbem* contra Christianos, ejusque Martyrium ad annum 250. refert Ruinartus. Ibi autem Proconsul nomine Optimus ad Martyrem: *Non cognovisti Decreta Invidiosissimorum Principum, quae nuper advennerunt?* Maximus respondit: *Quae? Proconsul dixit: Ut omnes Christiani, relicta superflua superstitione, cognoscant verum Principem, cui omnia subjacent, & ejus Deo advenent.* Haec Proconsulis verba unum Principem aperte designant; idque confirmat Maximus, excipiens: *Iniquam Regis hujus seculi prolatam sententiam co-*

*gnoni*. Ex tamen Decreta dicuntur *Invidiosissimorum* Persecutorum. Quemadmodum & in Actis SS. MM. Petri, Andreae, Pauli, & Dionysiae Virginis, qui in ipsa Decii Persecutione passi sunt, idem Optimus Praefectus Petrum interrogat: *Haber ante oculos Decreta Invidiosissimorum Principum. Sacrifica igitur Magnae Deae Veneri*. Et in Actis SS. Felicitatis, & Septem ejus filiorum: *Publius* ( Urbis Praefectus ) *jussit eam alapis caedi, dicens: Ausa es, me praesente, ista monita dare* ( filiis tuis ) *ut Dominorum nostrorum jussa contemnunt*. Passa est autem Felicitas sub Antonino Pio circa annum 150. Ibidem tamen Praefectus promiscue unius, & plurium Imperatorum praeceptum memorat: nam ad tertium S. Felicitatis filium, nomine Philippum, ait: *Dominus noster Imperator Antoninus jussit, ut Diis Omnipotentibus immoletis*.

Ad quartum vero, qui Silvanus dicebatur: *Ut video, inquit, convenit vobis cum pessima matre vestra hoc consilium, ut praecepta Principum contemnentes, omnes simul curratis in interitum*. Praeterea ad Alexandrum inter fratres numero quintum: *Miserere aetati tuae, & vitae in infantia positae, si non fueris rebellis, & fecutus fueris ea, quae sunt Regi nostro Antonino gratissima. Unde sacrifica Diis, ut possis amicus Augustorum fieri, & vitam habere, & gratiam*. Ad Martialem denique filiorum septimum: *Crudelitatis vestrae factores effecti, Augustorum instituta contemnitis*.

Illud etiam nostrae de tempore Martyrii sententiae obflare videtur, quod procul dubio contigisse dicendum sit, quum gravissima Persecutio urgeret Ecclesiam. Hoc enim suadet non solum memorata multitudo lapsorum, qui numero erant septingenti & quinquaginta; sed etiam acerbitas suppliciorum, quae de Theodota sumta sunt. Atqui non istiusmodi fuisse videtur indoles Licinianae Persecutionis, quae tantum abfuit ab aliarum Persecutionum atrocitate, ut illam Severus Sulpitius non numerandam inter Persecutiones censuerit: quod jure mirandum sit, Papebrochius ipse eandem a numero Persecutionum eliminat. Enim vero in Prolog. ad Acta S. Theodoti Ancyrani die 18. Maii, quum statueretur conetur S. Theodorum caesum in Persecutione Diocletianae, illam adpellat *ultimam*. Ejus verba, quoniam ex Actis Persecutionem colligere contendunt, omnino sunt haec adferenda. Numero igitur 5. ait: *Sed quae haec Persecutio? Imperatores pluraliter identidem scribuntur in Actis, sed nulli nominantur: quantum tamen colligere ex eis licet, Diocletianus; & Maximianus intelligendi nobis sunt. Meminerunt enim Acta Ecclesiarum, ut tunc satis frequentium, & publicarum: quod optime convenit cum illorum Edictis, subverti omnes jubentibus: meminerunt etiam fugatorum, undique Sacerdotum, hi enim praecipue peti jubebantur: & omnino feroissimam Persecutionem describunt, qualem apud Eusebium legere est, fuisse hanc ultimam, praesertim anno CCCIII. & IV. quando Tyranni speraverunt stirpitum eradicandam memoriam Christiani nominis, nedum religionem &c.*

Sed, pace Viri doctissimi, non video, cur haec omnia in Liciniana potiora cadere non possint. Nam de plurali Imperatorum non est dubitandum, quin usurpatus fuerit etiam uno imperante, aut Ecclesiam divexante. De Ecclesiis eversis idem accidit sub Licinio. Fuga vero Sacerdotum Licinianae potius, quam Diocletianae Persecutioni congruit; ut ex haecenus dictis manifestum est.









constitutam . Cui B. Theodota : Atqui magis consentaneum est , respondit , ut supremo Domino omnes pareamus . Ceterum quemadmodum fixum tibi est Imperatoribus , atque Diis tuis obsequi , sic mihi deliberatum est , Deum verum colere , atque adorare .

Sententia in-  
ipfam lata .

Lapidibus obruitur .

Christus ve-  
rus Deus .

Postremo Agrippa : Lapidetur , inquit , Theodota . Illico autem Christi Martyr extra urbem Philippi educta lapidibus obruta est . Interea B. Theodota hunc in modum Deum deprecabatur : Obsecro te , Christe , ut sicuti Rahab Meretricem , & Latronem te confitentes , susceperisti , nec avertisti misericordiam tuam ab eis , perinde nec a me clementiam tuam prohibeas ; quoniam vere dilexi te verum Deum : & nunc accipe spiritum meum .

Theodota itaque lapidibus obruta occubuit , ejusque Anima in Caelum abiit . Laus esto illi , qui in se sperantibus vitam impertit , & nunc & in secula seculorum . Amen .

האשה הזאת . לא היה לה שום חשבון . היא לא ראתה  
איש . היא לא ראתה אדם . היא לא ראתה שום אדם .

היא לא ראתה אדם . היא לא ראתה שום אדם . היא לא ראתה שום אדם .

היא לא ראתה אדם . היא לא ראתה שום אדם . היא לא ראתה שום אדם .

היא לא ראתה אדם . היא לא ראתה שום אדם . היא לא ראתה שום אדם .

היא לא ראתה אדם . היא לא ראתה שום אדם . היא לא ראתה שום אדם .

#### ADNOTATIONES.

(1) *In Urbe Philippi* . Duæ a Philippo tunc celebres urbes nomen præferebant : altera quidem , quam *Philippus* adpellamus , Romanorum olim sub Gn. Octavio , & M. Antonio victoria simul , & clade insignis : altera vero *Philippopolis* , & *Eumolpias vetus* nuncupata , in Ecclesiasticis etiã historiis Arianorum conventibus , & Philoxeni exilio celebris . Illam Appianus lib. 4. de Bellis Civil. ubi omnium accuratissime de Philippis scribit , tribuere potius Thraciæ videtur , quod & Mela facit lib. 2. cap. 2. & Plinius lib. 4. cap. 11. Div. tamen Lucas in Actis Apost. cap. 16. v. 12. Philippus primam esse Macedoniæ civitatem docet , cui succinit Dio lib. 47. cum reliquis Geographis , quos videtis apud Hofman Lex. Univ. tom. 3. & apud Cellarium Geogr. antiq. tom. 1.

Hanc vero intra Thraciam sitam esse , planissime ostendit Livius lib. 39. c. 53. quum de Philippo ait : *Mediam in Thraciam exercitum in Odris , & Deubeleas , & Bestos Ausis . Philippopolim urbem supra de servam oppidanorum , qui in proxima montium juga cum familiis receperant sese , cepit* . Et Marcellinus lib. 22. in princ. ubi de Juliano in Illyrico commorante hæc tradit : *Edixit iter in Thracias , moxque prope signis , emensa declivitate Succorum , alacri animo etc* . Igitur si post emensam Succorum declivitatem Philippopolim pervenit , in Thracia urbs illa erat . Quod & idem Marcellinus confirmat lib. 23. quum scribit : *Quo imminente* ( Lucullo Romanorum Duce ) *Thraciæ omnes in ditionem veterum tradidere nostrorum : bocque modo post*

*procinthus accipites Reip. seu Provinciae sunt graditae. Inter quas prima, quae ex fronte Illyrii est confinis, Thracia speciali nomine appellatur, quam Philippopolis Eumolpiae vetus, & Beroea amplae Civitatis exornans. In utra autem Philippi urbe Martyrium subierit Theodota, ex Chaldaicis quidem Aetorum verbis tuto definiri non potest: nam Philippi urbem tunc Philippos, quam Philippopolim appellare solent. Quamobrem aliunde petendum est argumentum quaestionem dirimendam, quod nobis certe suppetit luculentissimum. Quoniam enim in Liciniana Persequutione lapidibus obruta est Theodota ex Praefidis sententia, & Imperialibus Edictis, necesse est, in ea urbe contigisse Martyrium, quae Licinii imperio pareret: Philippopolim autem Thraciae, non vero Philippis in Macedonia, Licinio tunc temporis subiectam fuisse, liquet tum ex Anonymo per Valesum edito, qui divisionem Provinciae inter Constantinum, & Licinium factam post bellum Cibalense, quod coeptum, & absolutum est anno 314. his verbis narrat: Pax ambobus firmata est, ut Licinius Orientem, Afram, Thraciam, Moesiam minorem, Subthiam possideret. Tum ex Zosimo, qui Constantinum M. post laudatam Cibalensem victoriam Philippis in Macedonia, quae ipsi obtigit, aliquandiu confedisse adfirmat. Nullus igitur dubito, quin Philippopolis in Thracia, Philippi Caesaris opus, quae etiamnum Archiepiscopali dignitate fulget, & satis ampla est, quamquam sine moenibus, ut scribit Baurandius, S. Theodotae Certaminis palaestra fuerit.*

(a) Fortasse Decennalia agebantur Caesarei Imperii Licinii Augusti, quae in annum Christi 317. & 318. inciderunt, quum exeunte anno 307. Caesar fuerit a Galerio constitutus. Annis autem huiusmodi solennis addictis Persequutiones adversus Christianos de more suscitatae, inquit Pagius ad annum 316. n. 6.

(3) Septingenti & quinquaginta Viri. Hos ex Militari ordine fuisse, & Cohortem fortasse integram composuisse, nihil ambigo: vix enim aliter numerus tam exacte iniri potuisset. Porro Cohortem apud Romanos certum non habuerunt numerum, utpote quae interdum quingentes, alias sexcentis, & septingentis circiter militibus constiterunt; ut videre est apud Lipsium de Militia Romanorum lib. 2. Dialog. 4.

(4) Facit hoc ad tempora Constantini, in quibus, reddita Ecclesiae pace, non satis accurate cum delecto gentes in Ecclesiam sunt admittae. E meretricio tamen quaestu ad Christum conversam Theodotam, non vero infami vitae consuetudini post baptismum instituisse, omnino tenendum est. Nulla sunt in ejus Actis argumenta, quae aliter credendum suadeant. Quod enim meretrix dicatur, quod peccata meretriciae vitae detestetur, omnia ad superioris temporis professionem referenda sunt. Consonant Actis hae Acta S. Afrae M. apud Ruinartum pag. 455. Huic autem *Judex Gajus dixit: Ut audio, meretrix es, sacrificia, quia aliena est a Deo Christianorum.* Ac deinde: *Sacrifica, ut diligaris ab amatoribus tuis, sicut semper dilecta eras ab ipsis, & inferantur tibi pecuniae multae.*

*Afra respondit: Pecunias execrabiles jam nunquam accipiam; nam & quas habui, quasi fordes, abjeci, quia non erans de bona conscientia. Nam nolentes accipere aliquando (al. aliqui) fratres meos pauperes, etiam precibus exoravi, ut a me dignarentur accipere, & pro peccatis meis orarent. (Haec quidem verba necesse, an satis ostendant, emeruisse Afram a turpi vita, quum pecuniam fratribus erogaret? Si ergo quae habui a me abjeci, quomodo potest fieri, ut quae vami accipere, quae etiam quasi fordes abjeci? Judex Gajus dixit: Jam te Christianus dignam non habes. Sine caussa vis eum Deum tuum dicere, qui te suam esse non cognoscit. Meretrix enim quae est, dici Christiana non potest. Afra respondit: Christiana ego quidem dici non mereor, nec vocari: sed misericordia Dei, qui non de merito, sed de sua pietate judicat, ipse me ad hoc nomen admisit. Haec aperte indicant, Afram a prostibuli ministerio ad baptismum fuisse admittam, ac proinde prostibulum fuisse, antequam Christo nomen daret. Id ipsum luculentius adfirmatur inferius: Stabant juxta ripam fluminis Digna, Eunomia, & Eutrophia, quae fuerant ejus ancillae, simulque fuerant in peccato, & simul a S. Narcisso Episcopo baptizatae. Quibus quidem verbis meretricia peccata ante baptismum susceptum memorantur. Obstare tamen videtur Judicis Gaii sententia in haec verba lata: Afram publicam meretricem, quae se Christianam professam est, & noluit sacrificiis participare, vivam incendi praecipimus. Publicam autem meretricem appellat, quae talis fuerat, ut ego quidem opinor. Verba quoque extrema Afrae ad stipitem adligatae huc spectant: Domine Deus Omnipotens Jesu Christe, qui non justos venisti vocare, sed peccatores ad poenitentiam, cuius promissio vera, & manifestus est, quia dignatus es dicere, quia bona conversus fueris peccator a suis iniquitatibus, eadem bona, se non rememoraturum peccatorum ejus; accipe in hac bona passionis meae poenitentiam &c. Omnis haec peccatorum detestatio vitam ante baptismum actam respicit: ut in Paulo, & Augustino superioris aetatis culpas desentibus perspicimus. Atqui de peccatis ante baptismum admittis dubitare non licet, quin per lavacrum regenerationis deleta sint: ut quid igitur Afram illarum veniam implorat? Neque enim videtur hoc longe abesse a Propositione per Alexandrum VIII. proscripta: Homo toto vitae suae tempore tenetur poenitentiam agere de peccato Originali. At peccat dubio nemo debet esse sine metu de peccatis semel admittis, quorum remissio, & abolitio dignos, ac pios nostrae voluntatis motus, ac sensus requirit, quorum valorem, ac dignitatem nemo de se praestare, sibi que polliceri potest. Ceterum Propositio ab Alexandro rejecta Originale peccatum spectat, & exprimit, non reliqua ante baptismum patrata crimina.*

(5) Sunt qui Acta quaedam suspecta habent, eo quod convicia fecisse dicantur Martyres Imperatoribus: quod quidem ipsis videri solet alienum a Christianorum moribus, & a verisimilitudine. Ad Socrates lib. 3. cap. 12. Martinus, refert, Julianum adpellasse impium, aposto-

*sam, & religionis expertam.* Quumque a Juliano caecus adpellatus esset, eo quod oculorum suffusione laboraret: *Gracias, inquit, ago Deo, qui me laminihus orbavit, ne viderem vultum tuum, qui in tantam impietatem prolapsus est.*

(6) *Apollinis* nomen a verbo Graeco ἀπολλίω, quod *perdo* significat, deductum. Un-

de Apollinem Theodota recte perditorem interpretatur.

(7) Fortasse deest Syro Interpreti verbum, quo Equuleum significaret. Lignea autem machina erat equuleus ad suspendendos, ac distrahendos reos, aut Martyres comparata. Ac forte decepit illum Graecum verbum δόπη.



# AD P E N D I X

## A D A C T A

### MARTYRUM OCCIDENTALIUM

#### I N Q U A

### ACTA S. SIMEONIS STYLITAE

*A Cosma Presbytero ejusdem familiari conscripta, ex Chaldaico  
Codice I. Nitriensi Vaticano nunc primum in lucem  
proferuntur.*

### A D M O N I T I O

#### In Acta S. SIMEONIS STYLITAE.



ACTA Sancti Simeonis primus omnium, quum ille adhuc vivens columnae superstaret, edidit Theodoretus in Philotheo cap. 26. quae tum in vulgatis ipsius Theodoreti Operibus exstant, tum apud Laur. Surium tom. 1. de Vitis Sanctorum ex interpretatione Alberici Longi Salentini; tum demum apud Rosweidum lib. 9. de Vitis Patrum ex versione Gentiani Herveti. Eadem post Magistri sui obitum breviter, summatimque descripsit Antonius, ejusdem S. Simeonis Discipulus, cujus narrationem jam olim anonymus Interpres e Graeco in Latinum sermonem transtulit, additis, quae vel fama, vel aliorum scriptis de eo ferebantur: exstant autem apud Bollandum ad diem 5. Januarii. Theodoreti, Antoniique historiam a Simeone Metaphraste collectam, quam Nicephorus lib. 14. cap. 51. laudat, quamque Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, Raderus par. 3. Virid. cap. 4. Molanus in Adnotationibus ad Ufuarium, Heribertus Rosweidus loc. cit. & Petrus Ribadineira in Flore SS. desiderabant, ex ms. Graeco Regis Galliae Gulielmus Gratius Latine reddidit, publicavitque idem Bollandus ad praesignatum diem 5. mensis Januarii. Omitto alia plurima, quae de eodem S. Stylita tradiderunt Graeci Latiniq; Scriptores cum veteres tum recentiores, quorum nomina recenset ibidem Bollandus, erroreque nonnullos emendat.

E Syriis autem unum haecenus nati sumus Cosmam, Phaniri in Coele Syria Presbyterum, qui, rogantibus Simeone Apollonii, & Barhatore Auduni filio, sanctissimi Simeonis Stylitae Vitam pro popularibus suis literarum monumentis consignavit: & quidem tam ingenua narratione, tamque adcurato stylo, ut, si non majorem, aequalem certe cum reliquis Scriptoris fidem promereri videatur; quippe qui nedom S. Simeoni coaetaneus fuit; uti liquet ex ipsius Epistola, ad eundem Stylitam nomine Cleri, & Populi Phanirensis data, quam ex vetustissimo Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano I. ad calcem horum Actorum proferemus; verum & familiaris eidem fuit, resque ipsius gestas prope omnes visu accepit; quemadmodum de

Graeci, Latiniq; Vitis S. Simeonis scriptores.

Omnium accuratissimus e Syria Cosmas, S. Simeonis familiaris.

se ipso idem testatur infra, in haec verba: *حدس جبه جدمسلا جلاسا حدس*  
*عميم مبالا جمنسا مسمسلا ممالا جينسسا مسمسا مسمسا حدس جلاسا*  
*للقلمسا سلج لجم عقت عقتا جهتا مقي كسجا جالمسا : ملل م*  
*هك مجر سمجم م م ل كك جينسسا جلمسا مسمسا مسمسا مسمسا*  
*مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا مسمسا*  
*لقت عقتا المسمسا لملسا جلمسا : Quoniam autem Divinos praestantissimi Mar*  
*Simeonis triumphos diserte vobis perjuvandum est, & memoria admirabilium operum,*  
*quae per Abbletam suum Dominus noster patriavi, ipso melle est dulcior; ideo ex mul-*  
*tis pauca coram dilectione vestra de ingenti triumphorum hujus Beati Viri isefauo*  
*proferemus, quae ipsi propriis oculis vidimus, & manibus contractavimus. His etiam*  
*nonnulla adjiciemus, quae licet in remotis regionibus adciderint, a Viris tamen fide di-*  
*gnis ad eundem B. Simeonem scripta fuere.*

Luculentiffimum Evagrii de hifce S. Simeonis Actis Cosma editis tellimonium.

Adcedit Luculentiffimum Evagrii de hac Cosmae historia testimonium, quem ille haud obscure significat, dum libro 1. Hiitoriae Ecclesiasticae capite 13. sic scribit: *Τύρω τὰς Σιμωνίους ἄρα καὶ μὴ ἐστὶν τῶν αὐτῶν τῶν γυροδίων: Hujus (Simeonis) miracula conscripsit quidam, qui hominem viderat, & rebus ab illo gestis interfuerat.* Haec enim Evagrii verba licet Bollandus ad Antonium S. Simeonis Discipulum trahat; tamen ad nostrum potius Cosmam pertinere pluribus convincitur; ut scire observat Assemanus meus tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 240. ubi hanc ipsam S. Simeonis Vitam ad compendium posuit. Et primo quidem, quia si Evagrius Antonium intellexisset, eum utique Simeonis Discipulum, sicut ille se ipsum dicit, diserte adpellasset, nec ea periphrasi usus fuisset: *Quidam, qui hominem viderat, & rebus ab illo gestis interfuerat*: quae Cosmae nostro adprime convenit. Deinde ea omnia, quae Evagrius toto capite decimo tertio ex Actis S. Simeonis delibavit, nec apud Theodoretum, nec apud Antonium occurrit, sed fere ad verbum leguntur in historia Cosmae; nimirum narratio de Domino Patriarcha Antiocheno, de Theodosio, & de Leone Imperatoribus. Illud insuper unum, quod ipse Evagrius a Theodoreto, & ab alio Vitae S. Simeonis Scriptore praetermissum fuisse advertit (legationem scilicet ab Aegyptiis Monachis ad S. Stylitam missam, ut e columna descenderet) illud, inquam, in historia Cosmae nostri desideratur: ut merito notas omnes in eo agnoscas, quas Evagrius ibi describit. Demum etsi ejusdem legationis nullam quoque mentionem Antonius fecerit; ex calculo tamen gestorum S. Simeonis, quo idem Evagrius utitur, luce clarius adparet, illum Cosmae, non Antonii historiam legisse; ut in Adnotationibus nostris infra ostendemus.

Codex Nicriensis. I. unde ea descripta sunt, Cosmae autographus.

Porro Cosmas in Epigraphe, quam ad calcem horum Actorum adjecit, quamque integram ibidem exhibebimus, diserte adfirmat, *Librum istam de Triumphis Beati Mar Simeonis absolutam esse mense Nisan (Aprilis) die decima septima, feria quarta, Anno Antiochenorum quingentesimo vigesimo primo.* Is vero erat Christi annus 474. quo dies 17. Aprilis in Feriam IV. incidit; litera enim F Dominicalis fuit. Unde liquet primo, Codicem nostrum S. Simeone Styliata posteriorem esse annis quindecim dumtaxat; nam ille e columna ad Caelum ascendit A. C. 459. ut mox demonstrabimus; noster vero Codex, ex quo ejusdem S. Simeonis Acta, Latinitate a nobis donata, nunc primum in lucem haec prodeunt, juxta laudatam Epigraphen, exaratus fuit anno 474. atque adeo adfirmare haud temere possumus, ipsum, si non autographum Cosmae esse, certe ex autographo paucis, postquam historiam suam Cosmas publicaverat, annis descriptum.

Epocha Antiochenorum elucidatur.

Liquet secundo, Epocham Antiochenorum, secundum hujus Scriptoris mentem, Christiana vulgari priorem esse annis 47. non vero 48. uti etiam ex Joh. Malela deducitur in Chronico de Terrae motu Antiochiae apud doctissimum Cardinalem







لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .

هذا هو سرنا . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .  
 لهم في اعلى جبلهم . . .  
 وجنتهم حلالا من اجل ايمانهم  
 وفضلهم . . .  
 وفضلهم . . .

cor, rursus huc intendite, non modicam percepturi voluptatem, summi hujus Herois Asta animo perfequentes, cujus res gestae immensam maris copiam vincunt, omnemque proinde dicendi facultiam superant. Cogitate, vos mensam inventuros omnigenis dapibus basilice instructam: Encomia scilicet Sanctorum convivia sunt adcumbentibus jucundissima. Tale quidpiam vobis exhibeo, cujus gustui vix quidquam est comparandum, quo refectus animus vix aliud adpetet. Immensae simul vobis offeruntur opes, nec ullo accipientibus confiterae pretio, ut quae ex thesauris, nullo auferentium numero exhauriendis promuntur. Vestras itaque, oro, mihi praebete aures, de communi vestra salute verba facturo. Enimvero Simeonis gesta, ut aliis salutaria, vobis profecto, mihiq; maximam conferant utilitatem; insignis quippe pietatis cultor, si quis alius, hic fuit, ut qui a suscepta serviendi Deo fea- tentia, nulla vi, nullo periculo dimotus unquam fuerit; sed quaecumque proposuerat, perpetua constantia roboraverit, & ad exitum feliciter perduxerit.

Interea dum ista secum Famulus Dei meditatur, Piorum inimicus diabolus, cui certum erat, sancti Viri conatibus adversari, concilium advocat, suosque satellites adversus illum his verbis adcedit: Agitatum socii, expedit arma; pudeat vos ab uno homine vinci: terrificas idcirco induite larvas, horrendaque spectra instruite; his scilicet artibus hostem oppugnare placet: saevius procellis conturbare aërem, pulverem in nubes glomerare, folisque adspectum eripite, tenebris ut inhorreat omnia. Turbinibus insuper terram concutite; mugientis etiam pelagi in morem horrendum vociferamini. Reptilium atque serpentium terribiles formas induite; alii sublime volantes aërem occupent, alii humi repentes aërem obsideant; occasionem rei bene gerendae modo adipirite. Nunc enim vero excussa ignavia, exferendae sunt vires, ne turpiter acie cadamus: nec vero difficile





¶ 17.

sicut pulvis reflante vento, dissipatus est. Sic cecidit Goliathi Magister, ut ille olim ceciderat, cunctis ejus casum ridentibus; adfurgensque, sicut David, Davidis aemulus. Epicinia canere sic orsus est: Benedictus Dominus, qui praecixit me virtute adversus malignum, & statuit calcaneos pedum meorum, quasi super petram, & direxit gressus meos. In excessu constituit pedes meos super columnam, & docuit manus meas ad praelium. Date casticum novum labia mea, loquimini, sicut Filius Jesse, qui in virtute Dei Goliathum superavit. Si consistant adversum me castra, non timebo, quoniam Angelorum agmina adsunt mihi, & confortant me.

Jam vero etiam Adversarius in eo, quod contra veritatem susceperat, bello victus cum ignominia & dedecore discessisset; non idcirco ab incepto desistit, abjecitve arma; sed quum videret Simeonem neque ab Oratione, neque a praedicatione cessare, plurimosque ejus adhortationibus commotos, errorem deponere, & ad Deum sese convertere; certus etiam, Taurum, quantumvis longo labore fatigatum, a proposito opere nunquam defluxurum, secum volutare coepit, quid, si eum alterutrius pedis usu privaret? autmans eo vitio impeditum susceptam Divini agri culturam nunquam perfecturum. Hinc post paulo factum est, ut S. Viri pes ex eo, quem memoravi, vulnere horribile ulcus, cancrum dicunt, contraheret, quod dum in reliquis corporis partes paullatim serpit, illius patientiam acerrimo dolore mirum in modum exercuit, atque adeo in summum vitae discrimen adduxit. Nec tamen inde in questus prorupit, aut in suscepto opere segnior effectus est, eminentem nimirum inter poenas animo. Percussus est a Diabolo, qui Jobum olim percussit, dumque, ut ille, Adversarium superat, communem cum ipso triumpho honorem adeptus est. Duo Athletae, duobus temporibus, in duabus pugnis diabolum praerertis victoris exultantem vicerunt: alter humi, alter sublimi e petra dimi-

وذلك صغر قلبه كما لم يهزمنا :  
 وانه انبأ امه لهزما ومخلم اوزا .  
 بوجو اعحصنا سبال هفماك اجعللكه :  
 امر حذ اعف واما اعلمك صبا  
 نكلمنا . في اعنا قلب هفنا  
 وبتما الا ونا لنا : وهورا ودرنا  
 هفنا رجب هفملا حب .

هجو اعفنا هه حبا هه هه  
 هه رجب هه هه : لا حه هه  
 وعلما هه هه هه هه .  
 برا ولا حولا هه اعحصنا  
 وبتنا هه : وبتنا هه هه هه  
 هه هه هه هه . برا ولا  
 ناب هه هه هه اموا لاسر :  
 هه هه وبعه هه هه  
 ولا اعفنا . حبا هه هه هه  
 هه هه هه : هه هه  
 هه هه هه هه هه هه :  
 هه هه هه هه هه هه  
 هه هه : لا رجب هه هه لاجمر  
 هه هه هه . حبا هه هه  
 هه هه هه هه هه هه : هه  
 حنا لاسر ونا حننا وازا .  
 لوسه لاجمسه هه هه ووسه  
 هه هه : هه هه هه هه  
 ونا هه هه ووا . هه هه هه  
 هه هه هه هه هه هه :  
 هه هه هه هه هه هه هه  
 هه هه هه هه . هه هه هه  
 امر هه هه لاسر ووسه :  
 هه هه هه هه هه هه  
 هه هه هه . حبا هه هه  
 هه هه هه ونا هه هه هه :  
 هه هه هه لاسر هه هه هه  
 هه هه هه . حبا هه هه  
 هه هه ووسه هه هه هه  
 هه هه هه هه . هه هه هه  
 هه هه هه هه هه هه هه  
 هه هه : هه هه هه هه  
 ونا هه



do minabaris. Pedem faucias, sequere felicem impetum. Vide, ut in me faevias; quemadmodum olim adversus Jobum furebas; illius enim me focium puta. Sed patuit imbellis manus, & levis atque umbratilis fere pugna; nec eam esse, quam vulgus putat, acrem atque pertimescendam. Vilis & demissi animi sit, qui in hoc bello vincitur, neque hunc tu vicaris, nisi ipse velit succumbere. Nichil est, quod paras, malum, modo quis non desipiat, suaque tibi arma cedat. Viles animas tantum subigis. Strenuus si oppugnans, operam ludis. Factum pone; aegros invadis, fanos caves. Age vero si placet pugnare, vide, ut id serio facias. Carnem lacera, verberibus proscinde humeros, & si gemitum inde exaudias, aut parvito, fat est, victum medicito. Ignavus quisque pedes petit; quod ergo dudum egisti, fortis non fuit, sed imbellem arguit manum. Quidquod nec animadvertisti, te contra hominem altero pede carentem bellum suscepisse. Quare si ab holte claudo fueris superatus, sibilis, risuque te merito excipiendum puta.

Et vero inter dolores, & acerrimos cruciatus a Divinis Laudibus haudquaquam Justus cessavit; diabolus defessus conquievit, Justus contra nec lassatus est, nec de pristina animi contentione quidpiam remisit; majores ex ipso labore spiritus fumens, praemiumque sibi adaugens. Vidit pedem suis exfuturum caementis, adinstar nudatae arboris, quam paullo ante pulchra luxuriantium palmitum pompa veltiebat, obtorpuisse; animadvertensque, nihil jam eidem superesse, praeter nervos, & ossa, illius onus in alterum pedem transtulit: intellexit, bovem viribus effoetum sustinere jugum non posse, alterum itaque ab opere amovens, statuit, uno deinceps arare bove. Ausus est B. Simeon quod nemo alius unquam, quodve magno opere obtupefasc: pedem abscidit, ne a suscepto opere praepediretur. Quisnam porro a lacrymis temperasset, resectum contuens a propria compage pedem? At ille quasi da-

mma

لينا وناى من ادمعمر : ولا  
عنيه وازيا هلا خلدعا الا زعا .  
له موم به نيمر وكر  
لينبه له : هـ لينا وناى لا  
نوى كر لا تكلمك لعقلا  
اقه له خلدرا لا امههه :  
حانيا وناى خصه سكر  
لا خلدعلا . ميم لى ختمه  
ملايم خندا هههه سرا : هـ لى  
لندا الا و/هـ له موم ناد لينا لى  
ملا لالسا ماسلا وهههه  
خندا خكر : هـ و/ا وحبوا له  
و/لدعلا هـ الا و/عقلا . سب  
وكرم خندا و/سرا و/له  
خندعلا لى : هـ لى الا كر  
خندا سسندا لى موما  
هههه .

م و/م حانا خندا مالا  
خندعلا هـ : هـ هههه لى ميم  
مى امهههه الا خلا هـ . لا ب  
ههههه هـ الا لا لانا له س و/هـ لى  
و/مندا و/لا سله خم هـ لى  
هههه . ساره هـ خندعلا و/لدعلا  
له ميم : هههه خندا  
لكر لينا و/مى ههههه . سارا  
ولا لى حه الا خندا و/مندا  
لدعلا : ههههه لالسا هـ  
و/خندا خب هههه . سارا ولا خندا  
و/لاجه سندا و/مندا لالسا : مالا  
و/مندا ميم هههههه ههههه  
خندا . خندا لالسا و/حبه  
لمملا ولا هـ خندعلا : وههههه  
خندعلا ولا سلههههه ميم هههههه .  
خندعلا ميم خندعلا ميم  
خندعلا : سارا هـ حه لكر  
لندا هـ الا خندا له . ميم هههههه  
خندعلا خندا هههههه هـ : مالا  
خندا

















tissimum inter latronum adfultus per-  
 fugium; quomodo impellente fato  
 concidisti, tuoque nos casu nudos,  
 & inermes hostium incurfionibus ex-  
 posuisti? Noster heu fol occubuisti,  
 occidisti, Lumen nostrae peregrina-  
 tionis! Siccine inter salebras, & of-  
 fendicula per horribilem solitudinem  
 palabundos errare nos cogis? Tua  
 jam luceat Mandra, tuam nunquam  
 posthac auditura vocem, in squalo-  
 re, ac sordibus jaceat, sicut haerede  
 orbata domus. Casus defleant nostros  
 vicinae rupes, nostros resonent mon-  
 tes, & colles questus, carissime &  
 benedicite Pater. Columna, super qua  
 dies noctesque rectus stetisti, atque  
 adeo orbis univcrsus ad nostros vo-  
 centur luctus, Electe Pater, Sancte  
 Simeon, Jesu Christi famulus. Tua  
 nunc salutari consuetudine orbati,  
 ora Pater, ut eadem in spiritus pota-  
 mur. O beatum Spiritum, cui mo-  
 do Aedes vitae spectare licet! O bea-  
 tum Corpus, asperis laboribus, aeru-  
 misque ereptum, atque in tranquil-  
 la statione conlocatum! O beatum  
 rursus Spiritum tuum, Electe Pater,  
 atque tor victorius clarissime, qui  
 Divinum illud regnum adeptus es,  
 Filius Dei, quem ab infantia dilexi-  
 sti, nos pro sua clementia dignos ef-  
 ficiat, qui intercedibus precibus  
 tuis veniam impetremus.

معمى سمير سميروزا ووجه ذوق وسمه  
 هو ممتكلمه مفاهمنه حلاوا هبل  
 نجبا ماسر وحب منه وها وسمير  
 وسميروزا وها مومنا حلسا وسمه  
 مسموه . سمع حطه حافه هلموزا  
 له وسمه : حلا هومير لاه حنط  
 حلا مسمو . هومير و حلسه  
 ها صار وسمه حلسه هومير  
 حلسا حلسا مسمو حلا  
 هومير . حله / حلا لاسم حط  
 حلا هومير : حله حلا / حله  
 مسمو حله وسمه . لاه حله  
 حله حلسه وسمه حلسا : لا حله  
 وسمه حلسه / حله . هومير  
 حلسا و حلسه حلسا حلسه  
 مسمو : مسمو لاسم حله هومير  
 مسمو مسمو . هومير حلسه / حله  
 حله حلا حلسا : وسمه  
 حله حله حله حلسا  
 الحله . حلسا و حلسه وسمه  
 وسمه حله حله حلسه : مسمو  
 حله حله و حله حلسه مسمو  
 وسمه .

r S. Simeonis  
 Scripta .

Hactenus Sanctus Jacobus Sarugensis Batnarum in Mesopotamia Episcopus .  
 Porro Sanctum Simeonem Stylitam inter Scriptores Syros merito conlocat Af-  
 fermanus meus tom. 1. Bibl. Orient. pag. 254. ex quo praecipua hujus Admonitionis,  
 & Adnotationum capita excerptimus. Et quidem Simeonem nostrum gravissimam ad  
 Theodosium Juniorem Epistolam dedisse, qua Imperatorem acriter objurgabat, quod  
 Asclepiadis, seu Asclepiodoti Praefecti suggestione Synagogas Judaeis olim ereptas,  
 restitui jussisset, restantur Evagrius lib. 1. cap. 13. & Nicophorus lib. 14. cap. 51.  
 Ejus exemplar circa finem horum Aetorum a Cosma nostro profertur .

Duas praeterea Epistolas pro Concilio Chalcedonensi Sanctum Stylitam scri-  
 pisse idem Evagrius adfirmat lib. 2. cap. 10. ubi agens de iis, qui ad Encyclicas  
 Leonis Imperatoris responderunt: Sed & sanctae memoriae Simeones, inquit, duas  
 Epistolas de hoc argumento scripsit: alteram ad Leonem Imperatorem: alteram ad Ba-  
 siliium Episcopum Urbis Antiochiae: ex quibus eam, quae ad Basilium scripta est, ut-  
 pote brevior, haec adponam. Exemplar ejusdem mox subjicit. Utraque laudatur  
 etiam a Nicephoro lib. 15. cap. 19. qui cap. 13. ejusdem libri 15. refert, Simeo-  
 nem ad Eudociam quoque Imperatricem de eodem argumento Epistolam conscri-  
 pisse, cujus fragmentum ibidem producit.

Demum in Bibliotheca Patrum tom. 7. exstat sub Simeonis nostri nomine Ser-  
 mo de semper completendo suum cuique distansum, seu de exitu Animae a corpore .  
 Idem

Idem sermo in eadem Bibliotheca Patrum tribuitur etiam Sancto Macario Aegyptio, habeturque in Homilia 22. inter L. Homilias, eidem Macario adscriptas; sed in nonnullis manuscriptis Codicibus Graecis Vaticanis S. Ephraemo Syro adjudicatur; Verum nec Ephraemo, nec Macario, aut Simeoni Stylitae adscribendum esse puto, sed Theophilo Alexandrino. Id enim suadet tum auctoritas Codicis Syriaci Niriensis Vaticani XXXII. qui exaratus esse dicitur die trigesima Julii anno Graecorum Octingentesimo Octogesimo septimo, Christi 576. tum stylus, Graecam originem sapiens: & huic quidem consonant quae idem Theophilus moriturus dixisse fertur in Vitis Patrum lib. v. libello 3. de Compunctione.

Epistolis Sancti Simeonis Professionem Fidei Catholicae adjungit Leo Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis: quod ex his Eulogii Alexandrini apud Photium verbis probare contendit: *Necnon iis, qui in Religiosa, & Monastica vita celebres habebantur, praecepit Leo, ut sententiam suam scripto profiterentur. Quod Episcopi numero mille sexcenti promte sane exsequuti sunt, nemine, qui aliter sentiret, deprehenso: e quibus scitit & Simeon, qui in columna Caelestem vitam profitebatur.* Verum Professionem Fidei Catholicae, a Sancto Simeone editam, non aliam fuisse ab ejusdem Epistolis ad Leonem Imperatorem, atque ad Basilium Patriarcham datis, licet tum ex adlatis Eulogii verbis, quae nihil aliud indicant, quam Simeonem sententiam suam scripto, hoc est, iis literis significasse; tum ex laudato Evagrii testimonio, qui per binas illas literas testatur, Simeonem ad postulata Leonis cumulate respondisse. Nam de Circularibus quidem Leonis Augusti Literis sic habet prope finem cap. 4. *Similia vero Imperator scripsit tum ad reliquos Episcopos, tum ad celeberrimum quemque eorum, qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam a materia remotam, omnique adparatu destitutam agebant. Ex quorum numero fuit Simeones, qui primus stationem in columna excogitavit.* Pro responsione autem duas illas Simeonis Epistolas dumtaxat producit, e quibus hanc Fidei Catholicae Professionem colligit. *Quapropter ego quoque humilis & exiguus, abortus Monachorum, ( verba sunt Sancti Stylitae ad Basilium Patriarcham ) animi mei sententiam Imperiali ejus Majestati significavi de Fide sexcentorum triginta Sanctorum Patrum, qui Chaledone congregati sunt, persisterent, & fundatus in ea Fide, quae a Sancto Spiritu revelata est.* Non alia igitur quaerenda est Fidei Professio extra duas illas Simeonis Epistolas.

Syriace autem beatum Simeonem, non Graece, aut alio sermone loquutum fuisse, & scripsisse, probabile faciunt, quae a Cosma nostro narrantur in ejusdem Vita: locus insuper, in quo natus est, ac vixit; Syros enim, qui mediterranea loca habitabant, Syriaca, non Graeca lingua plerumque usus fuisse, Acta Sancti Simeonis Sali testantur. Haec vero observandum, Simeonem nostrum alium esse a Sancto Simeone Thaumastorita, seu in Monte admirabili, qui Mauricio Imperatore decessit, de quo idem Evagrius lib. 6. cap. 23. & Nicephorus lib. 18. cap. 24. atque huic Juniori Simeoni adjudicanda esse opera, quae Leo Allatius in laudata Diatriba recenset: quarum pars magna exstat Arabice conversa in Codice Vaticano XXVI.

Ceterum quum Sanctum Simeonem nostrum Styliarum parentem, ejusque admirandi plane instituti conditorem fuisse, ex hac Cosmae historia praecipue sit perspicuum; ne quid desit Operi, in quo versamur, rem oppido gratam Sacrae antiquitatis studiosis nos facturos esse confidimus, si alteram autographi Basiliani Menologii Tabulam, quae Sanctum Simeonem columnae insistentem praefert, genuinis hinc ejusdem ac sinceris Actis praefigeremus. Quod quidem beneficium eximia Cardinalis Annibalis Albani, Clementis XI. Pontificis Maximi ex Fratre filii, Religionis, & Literarum bono nati, munificentiae acceptum referimus, qui quum Imaginum Sanctorum, ab illustribus Basilii Porphyrogeniti Imperatoris aevi artificibus minio depictarum, Tabulas excipiendas, & ad vivum, ut in Autographo Vaticano conspiciuntur, aeri incidendas curaverit, ipsumque Menologium, tandem a doctis. Viris desideratum, Graece simul & Latine formis Urbinatibus publicaverit, eam, quae ad Sanctum Simeonem pertinet, Tabulam nobis perhumaniter commodavit; ex qua ejusdem Sancti Simeonis columnae insistentis excu-


Syriace probabili scripte: ejusque opera a Thaumastorita scriptis diversa.

Ejus Imago ex Vaticano basilii Inp. Menologio.

fam



ſam Imaginem heic proferimus, utpote quae potiffimum in cauffa fuit; quare Carolus Majellus, Archiepiſcopus Emiſſenus, eximias cujus laudes in Praefatione Generali perſtrinximus, eruditiffimam de Stylitis Diſſertationem elaboraverit, quam ad Chaldaica ſeu Syriaca haec S. Simeonis Acta illuſtranda fatis ſuperque adcommodatam, numerifque omnibus abſolutam, huic Tabulae ſubjicere, operae pretium ducimus.



# DISSERTATIO DE STYLITIS

*In Tabulam II. Menologii Baſiliani.*

**S**tylitarum Columnas omnibus Aegypti prodigioſis Pyramidibus, elaboratis pictiſque Obeliſcis, Coeleftis Columniſque Trojani (Raderi verbis utor) propter ipſa, quae ſupra iſta ſulgebant, ſidera Sanctiſſimis antepoſendas, lubet heic paullo curioſius explorare & exponere. Quum enim ad illuſtranda priſcorum temporum monumenta, quorum reliquiae ſuperſitionem, aut memoriam veteris aevi qualemcumque repraeſentant, tanta contentione docti Viri operam conſerre geſſiant; non erit aliena a Chriſtianiſti ſtudiis diligentia, ſi adcuratius inquiramus haec admirandae fortitudinis monumenta, quae non humani faſtus inſania ad inanem nominis celebritatem, ſed noſtrae religionis ſanctitas ad virtutis incitamentum, & exercitationem vitae Caeleſtis excitavit. Quando hoc igitur ſacrae antiquitatis, & auſteritatis miraculum prima nobis exhibet Baſiliani Menologii ad Sanctos pertinens tabula, quae Simeonem columnae inſiſtentem praefert, de columnis, earumque modiis, ſcalis, & mandris, ac primum de Stylitici Ordinis origine, incremento, & interitu per vices temporum videamus.

CAP. I.

## C A P. I.

## De Stylitarum origine, &amp; successione.

1. **R**OFWEYDUS ad Vitam Simeonis num. 2. ex Afconio adnotavit, primum apud Romanos in columna habitasse Moenium, a quo Moeniana deinceps sunt adpellata. Raderus in eadem sententiam 3. part. Viridarii cap. 4. de Stylitis: *Reporter, inquit, hujus generis tectorum super columnas positurum Romae C. Moenius fuit, qui venditis aedibus exceptis columnam, supra quam tectum projiceret ex tabulatis, ut spectacula ibi faceret.* Eadem repetit Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis. Iisquae praeter Afconium, Festi, Isidori, & Glossariorum autoritas suffragatur, sed praeterquamquod Salmasius ad Aelium Spartianum in Pescennio Nigro, *magnas esse nugas sibi persuadet*, quae a Grammaticis de ejusmodi Moenianorum origine traduntur; plurimum Moeniana, si in sua primaria spectentur origine, a Stylitarum domiciliis differunt. Nam illa ultra columnas tigna extendebant, quo amplificarentur superiora, ut loquitur Festus; neque columnis insidebant, sed potius adhaerebant: cujusmodi erant Moeniana foribus adjecta. Quum enim Moenius in aedibus vendendis columnam exceptit, non aliam intelligo, quam quae sustentaret aedes; illius igitur non vertici insidere, sed immixtis projectisque tignis adhaerere potuit. Quamobrem Graeci *ἑστῶδες & ἐκστῶδες* adpellarunt. At Stylitae columnarum verticibus imminebant, neque laxabant superiora, sed angustissimo septo terminabant. Itaque non placet sanctissimum institutum ethnica imitatione, & origine foedare. Si quis autem antiquitatis studiosior amet Styliticae habitationis consuetudinem a vetustate Moenianorum arcefferre, jam ante Romam conditam in Palaestina, & Aegypto, ubi Stylitae deinde floruerunt, Moenianorum usum tamquam proprius earum gentium invaluerat, quas Hieronymus ad Juniam, & Fretellam testatur, habuisse *in tectis domata, quae, inquit, Romae vel solaria, vel moeniana vocant.*

Qui primus apud Romanos in columnis domiciliis fixerit.

Moeniana a Stylitarii domiciliis diversa.

## §. I.

## Quo Authore, quove anno Stylitarum institutum coepit.

2. **S**TYLITARUM parentem, ejusque instituti conditorem fuisse Simeonem Sifanitem, tota fateur antiquitas. Theodoretus in Philotheo Cap. 26. de Simeone: *καρὸν & ἀδύδοτον θέαμα, ποῦτον, & ἀδμιράνδον σπεκτάκιον: καρπὸν πολυειδῶν: ποταπὸν τῶν ἐπι κίονων ἑστῶν ἐπι τοῦ λόκου:* *Qui primus stationem in columna instituit.* Theodorus Lector in Collectan. *πρῶτος ἢ κίονα ἐκτισθῆναι ἐκείνου:* *Primus columnarum institutum excogitavit.* Theophanes in Chronographia, & ex eo Cedrenus. *π ἠως κατὰ ἄρξας τῶν ἑξάντων ἀρῶν:* *Qui primus talem virtutem ostendit.* Georgius Tauromentitanus apud Allatium: *τὴν κίοντῶν βίον πρῶτος ἀείνων ἐκείνου:* *Columnarem vitam primus invenit.* Is quum annos novem in monasterio Teledenſi exegisset, decemque praeterea in Mandrae angulo, in conversatione admirabili, duris operibus ac certamine multo, coepit in columnis stare, brevioribus quidem per annos septem, altiori vero cubitorum 40. per triginta annos, donec ad Superos evocatus est die 2. Septembris; ut narrat Cosmas Presbyter in Vita Simeonis, quam quartodecimo post Simeonis obitum anno Syriace scriptam servat in Cod. ms. Nitriensi I. (quem nos octavo ab obitu Caroli Majelli anno, Latinitate donatum heic proferimus) ex liberalitate Clementis XI. P. M. Bibliotheca Vaticana; cujus eptomena edidit tom. 1. Bibl. Orient. Clem. Vat. cap. 27. Vir Cl. Joseph Simonius Assemanus Maronita inter insignes Apostolicae Bibliothecae Scriptores quotquot ingenio, eruditione & scriptis haecenus claruerunt, mihi merito numerandus. Excessit autem Simeon, ut idem Assemanus post Authorem Chronici Edessenſi confirmat, anno Christi 459. Itaque in col-

Simeon Sifanites Styliticae parentis.

lum.

Quo anno columnae infillere coepit.

lumnis brevioribus stationem adgressus est anno 423. quo Stylitarum initium, ejusque instituti originem consignamus.

Argumenta contra Stylitarum epochas refelluntur.

Nazianzeni locus explicatur.

Syri Anonymi testimonium refutatur.

Argumentum ex duobus Epistolis S. Nili Monachi proponitur.

Diversae de Nili aetate, Scriptoris sententiae.

Quae illae, Nili epistolae scriptae sunt auctore jam Stylitari infillato.

3. Tria sunt autem antiquorum Scriptorum loca, quae huic testatissimae Stylitarum origini refragari videntur. Primus est Nazianzeni in carmine de Ascetis, ubi quum laudasset incredibilem Ascetarum quorumdam in diuturna statione constantiam, ita ut non deessent, qui totos annos stando transigerent, subjicit: *πιστις γὰρ ἐστάλας ἐβόηεν ὄν:* Quae verba ita vertit Leuclavius: *Fides enim, Desique timor, ut in columnam ascenderent, eos impulit.* Aevo igitur Nazianzeni, si Leuclavii interpretationem sequamur, visi fuerant Stylitae, integro nimirum ante Simeonem seculo. Sed Leuclavii adlucinationem castigavit Alladius, sententiam, & verba Nazianzeni rite interpretatus: *Fides enim, & Dei timor illos velut columnas firmaverat,* quo sensu 2. Reg. cap. 18. legitur: *ἐστάλας ἐπ' αὐτὸν σαρδὸν λίθων.*

4. Alter locus est Scriptoris Syri Anonymi in vita S. Ephraem, cujus epitomen idem Assemanus protulit loco cit. cap. 6. (quamque integram habes in Prologo- menis ad tertium Syriacorum ejusdem S. Doctoris operum tomum, a nobis post Caroli Majelli mortem editum) ubi dicitur num. 31. ad funus Ephraemi convenisse multitudo Anachoretarum, Stylitarum, & Coenobitarum. Anno itaque 373. quo decessit Ephraem, frequentes erant Stylitae. Recte autem ibi admonuit Vir Cl. Scriptorem illum recentiorum fuisse, ac de Ephraemi aetate loquutum pro seculi sui more, quum scilicet inter Ascetas Stylitarum Ordo peculiaris erat. Neque vero factis adcurate pro Stylitarum disciplina, & perpetua clausura loquutus videtur. Stylitae enim vix pro gravissimis, & publicis causis de columna descendebant. Nisi forte id Anonymum spectasse dicamus, ut publicum luctum in Ephraemi funere au- geret, ex infesta Stylitarum frequentia, & ostenderet Stylitas inter gravissimas causas posuisse justa Doctori Sanctissimo perfolvenda.

5. Tertius, isque difficultate maxima districtus est locus S. Nili Monachi, qui lib. 2. Epistolarum, duas Nicandro Stylitae inscribit, nimirum 115. & 116. eumque reprehendit, quod e terra sublimis corpore, terrena animo cogitaret, & columnari statione non animae profectum, sed humanas captaret laudes. Quo plene gravissimi Scriptoris testimonio liquidum fit, jam Nili aetate & nomen, & institutum Stylitarum invaluisse. Id vero nullum nobis negotium faceret, si de Nili aetate Menologiorum tam Basilii Imperatoris, quam Cardinalis Sirleti testimonio insisteremus, quae sub Mauritio Nilum floruisse tradunt: quae quidem tempora cum adulto, celebratoque Stylitarum Ordine optime congruunt; sexto enim ac septimo seculo mirifice colebatur. At qui Nili vitam, & opera diligentissime illustrarunt, & ediderunt, Petrus Possinus, Leo Alladius, & Joseph Maria Suarezus alia omnia sentiunt. Possinus quidem confidenter in Menologio Graecorum pro Mauritio Marcianum intrudit, & Garyophilum Menologii auctoritatem sequutum in definienda Nili aetate adlucinatam esse contendit in Praefat. in Epistolas Nili ad Cardinalem Barberinum. Possino subscribit Alladius in Diatriba de Nili, eorumque scriptis, miraturque Garyophili oscitantiam, quum inde oportere adfirmit, vitae annos 175. Nilō tribuere, si sub Mauritio vixisse dicatur. Suarezus in lib. Chronolog. de vita Nili adseverare non dubitat, Nilum sub Marciano supremum diem obiisse nonagenarium anno Christi 451. octavo scilicet, aut nono antequam Simeon Stylita ad Superos evocaretur. Miror autem Viros hosce doctissimos ad duas, quas diximus, Epistolas, Nicandro Stylitae inscriptas, animum non advertisse.

6. Illae enim procul dubio scriptae sunt post Stylitarum initia, quum nimirum titulus, & appellatio Stylitae sermonis usu, & consuetudine trita erat; quod tum demum fieri coepit, quum Stylitarum institutum frequentes habuit alumnos; neque enim aut Theodoretus, aut Antonius, aut Cosmas, qui sub exordia Stylitici instituti claruerunt, & M. Simeonis Vitam literis confignarunt, Stylitae nomen usurpaverunt. Praeterea statio illa columnaris quum primum exorta est, novitate sua homines perculit, & signis, atque experimentis probanda fuit; ut fusius infra explicabimus: adeo supra humanae naturae conditionem, infirmitatemque esse videbatur.

batur. At Nilus Nicandrum in Epistolae inscriptione Stylitam adpellat, nec Stylicae exercitationis novitatem objicit, aut memorat; immo vero ex ejus professione debitum Sanctioris vitae inculcat. Necessè erit proinde, ut jam ante Nilum, & Marciani aetatem statuamus ortum Stylitarum, hoc est, diu ante Simeonem, si vera sint quae tanti Viri, tantaque eruditione celebres post accuratissimas discussiones de Nili aetate definiunt. Ex ipsa igitur Stylitarum origine pauca subijciamus, quae ad argumentum ex geminis Nili Epistolis ad Nicandrum, & ad implexam de Nili tempore controversiam non erunt fortasse inutilia.

7. Adulta jam aetate sub Imperatore Arcadio fuisse Nilum constat, tum ex Nicephoro lib. 14. hist. Eccl. cap. 30. qui eundem inter illustres Chrysofomi Discipulos primo loco numerat, tum ex Nili Epistolis ad Arcadium ipsum, quæ de Chrysofomo in exilium pulso libere arguit; ex quibus Allatius ad indagandam Nili aetatem prima sumit indicia, Epistolarum scilicet tempora ducens ab exilio Chrysofomi, quod anno 404. contigit. Atqui addendae erant epistolae complures, quas Nilus dedit ad Gainam copiarum ducem sub Arcadio, & perditum Arianæ perfidiae fautorem, quibus Arianorum argumenta a Gaina proposita confutat; Gainas autem res novas molitus profligata classe caesus interit anno 400. Haec autem quum scriberet Nilus jam Eparchatu Constantinopolitano abjerat, jam Chrysofomo auctore secularibus curis sese abdicaverat, atque ad Monasticam vitam animum traduxerat. Filium autem tum habebat Theodulum, ad eam aetatem provecstum, ut Monasticae exercitationis stadium una cum patre inire potuerit. Quis haec igitur circa annum Christi 400. gesserat, ad annum 600. quo regnabat Mauritius, pervenire certe non potuit.

8. Quum haec de Nili aetate exploratissima sint, adhuc multo clariora seprehendisse scribit Allatius, ex Nili verbis epist. 77. lib. 1. ad Zosarium Tribunalum, quibus apertissime designari putat tempus, quo epistolam exarabat. Objiciens enim Judaeis, quod propter alia ipsorum patrata ante Christi adventum facinora, in captivitatem quidem alienigenis traditi fuerint, sed paucis post annis in Palaestinam, libertatemque revocati: *Ex quo vero, inquit, immedicabile hoc flagitium in Filium Dei manus apponentes, audenter perpetrarunt, perpetuo, & extremo excidio traditi sunt. En itaque quingentesimus annus est, & nusquam Divinum subsidium, non auxilium, non consolatio.* Lubet heic integrum adtexere Allatii locum ex Nili testimonio ita disputantis: *Ab eo tempore, quo Judaei praesenti idomeo in Dei Filium manus superimponentes, de eo capitalem caedem fecerunt, ideoque perpetuo excidio traditi sunt, est annus quingentesimus, non contruclis literis, aut brevibus numerorum notis, sed extensis, & illaesis characteribus designatus, ne Scriptoris oscitantiam mendam tribuatur. Ab anno Nativitatis Domini quingentesimus est Anastasii Imperatoris decimus, Papae Symmachi secundus. Annus, quo exsulavit Chrysofomus, est Domini quadragentesimus quartus, Arcadii Imperatoris decimus, Innocentii Papae tertius. Ergo si scribebat hic Nilus Job: Chrysofomo nondum mortuo, ut superius vidimus, erat, cum haec posteriora scriberet, annorum nonaginta trium, quibus si appingas annos minimum triginta, quibus sub magistro Chrysofomo mores ad molliorem idoneos exiit, & artibus ingenius instructus, auctoritatem, & dicendi libertatem consecutus, Imperatorum labor, & maculas non communi vituperatione, sed ingenuitate libera reprehendere possit, annos tum centum viginti tres numerabat. Quod ne cui fortasse absolum fidei videretur, historias subjecit Macroborum quorundam, quos ipse noverat.*

9. Sed ratio Virum doctissimum fefellit, neque rite subduxit calculos. Nam I. non ab exilio Chrysofomi, sed ex ante annum, ut diximus, quadringentesimum, quo Gainas peremptus est, initia abdicatae, & severioris vitae Nili ducenda sunt, propter epistolam ad ipsum scriptam, quae quidem etiam ante datae videntur, quam Gainas in apertam defectionem contra Arcadium erumperet, & bello turbulentissimo sese implicaret: quo sine tempore argumentatiunculis, & cavillationibus conscribendis vacare non potuisset. Ad annos igitur 123. quos Nilo tribuit Allatius, aliquot praeterea adjiciendi sunt, ut ad trigentesimum supra centesimum propius ad-

Nili aetas in-  
quiritur.

Ad Gainam  
scribit Nilus  
ante annum  
Carili 400.

Ad Mauriti  
aetatem per-  
venire non po-  
tuit.

Allatii argu-  
mentum ex e-  
pistola Nili ad  
Zosarium.

Nilus ad Zo-  
sarium scribit  
anno aetatis  
suae 123. se-  
cundum Allatium.

Multiplex Al-  
latii adlucina-  
tio.

Multo longe-  
vior Nilum  
singere oportet,  
ut Allatii  
sententia constet.

cesserit Nilus, quum scriberet ad Zosarium. II. meliori fide putandae sunt rationes in ducenda annorum summa ex verbis Nili: *En quingentesimus annus*, inquit Nilus, non a Nativitate Domini, ut subjecit Allatius, sed ex quo immedicabile facinus perpetrarunt Judaei; is autem est annus Christi saltem 533. & a caede Gainae 133. cui si annos addamus Nili, in conjugio, & magistratu exactos, quos tringenta minimum numerat Allatius, anno aetatis suae 163. ad Zosarium Tribunum scripserit Nilus. III. si argumento Nili contra Judaeos pressus insitamus, non tam a nece Christi, quam ab everfis Hierosolymis, ac dispersu atque e Palaestina ejecto Judaeorum populo ducendus est annus ille quingentesimus. Comparat enim Nilus diuturnitatem praesentis captivitatis cum brevitate superiorum, earumque annos paucos fuisse quum memorasset, addit: *En quingentesimus annus est*, utique dispersionis, & captivitatis; aliter non satis apta esset disputandi ratio, & vis argumenti infirmaretur. At si ab excidio Judaeorum, hoc est, ab anno 71. aerae Christianae, anquum quingentesimum numeremus, Nilus, qui anno Christi 400. tricenarius erat, certe quum ad Zosarium scribebat, ducentos jam vitae annos exegerat. Atque haec quidem ita se habent, tamen rationes aetatis ejus indulgentissime exigamus, ac demus, illum uxorem duxisse, quum primum pubertatem adigisset, filium suscepisse anno aetatis suae decimoquinto, Constantinopolitanae Urbis praefectura auctum fuisse circa annum quintum & vigesimum, Gainam & Ariannos refutasse, quum ad annum trigessimum nondum pervenisset; iisque juvenilibus annis Arcadium Imperatorem summa libertate arguisse. Si vero terminos ejusmodi paululum dimoveamus, ac Nilo nondum Monacho eam annorum maturitatem tribuamus, quam munerum gravitas, rerumque gestarum conditio postulat, multo longaeviorem illum fuisse fateri oportebit. Ad ejus autem rei fidem faciendam, quos Nellas advocabit Allatius? sed jam ad Nili epistolas ad Nicandrum Styliam revertamur.

Diversae de Nili aetate sententiae conciliantur.

Non omnes Nilo Monacho tribuunt epistolae auctus Nili sunt.

De duplici Nilo conjecturae non levae.

10. Styliatae nomen, & Nicandri mores, reprehensione digni, satis aperte insinuant, epistolas illas scriptas fuisse jam Stylicia professione latius propagata; atque adeo, ut plerumque optimis institutis usuvenit, ad remissionem, & inanem gloriam vergente: quod sub Mauritii tempora potissimum addidit, ut Styliarum successione inferius enarraturi, planum faciemus. Quid igitur? Ad Mauritium usque Nili aetatem proferemus, eique tertium vitae seculum imputabimus? Atque id mihi quidem videtur necessario fatendum iis, qui omnes Nili nomine editas epistolas, & opera unius, ejusdemque Nili esse contendunt, & qui scilicet Constantinopolis exarchus ante Episcopatum Chrysostomi fuit, & qui ad Zosarium, & Nicandrum scripsit; neque epistolis Nili id contigisse fateri volunt, quod passim, non epistolis modo, sed insignibus etiam aliorum Patrum operibus contigisse agnoscamus; aliorum scilicet commentaria esse aliis adscripta. Quod sane omnium facillime epistolis Nili addidere potuit; quum plerumque brevissimae quaedam sententiae sint, & monita ex fusioribus, ut videntur, scriptis excerpta, in quibus neque ex methodo cogitandi, disputandique, neque ex stylo eloquendi, conjecturam facere licet similitudinis, aut diversitatis. Sive igitur Nilus alter fuerit sub Mauritio, ut suadere videtur Menologiorum autoritas, sive alius quispiam eas epistolas scripserit, quae serius datae videntur, eaeque in eandem cum Nili epistolis syllogem conjectae Nili nomen praetulerint, unum certe eundemque authorem habere non potuerunt; neque alia, praeter M. Simeonem, Styliatae ante Marcianum fuisse evincunt.

11. Ego vero in sententiam de duplici Nilo epistolarum auctore libentius discedam, quorum alter sub Theodosio Juniore floruerit, ut Martyrologium Romanum, alter sub Mauritio, ut Menologium Graecorum tradit. Atque inita quidem a nobis annorum ratio, & summa ducta ex epistolis ad Gainam primum, tum ad Zosarium, & Nicandrum, quae duobus inter se distant seculis, duos nobis Nilos exhibent, nisi posteriores Nili nomen ementiantur. Profecto annus quingentesimus Judaicae dispersionis, hoc est, aerae Christianae 571. in propagatum jam Styliarum nomen incurrit, atque in Mauritii tempora, qui anno

no 582. Imperium tenuit. Quid autem si Nilum alterum, & quidem vita Monachum, & scriptis celebrem sub iisdem Mauritii temporibus inveniamus? Numquid ab aequis Lectoribus aegre impetrabimus, ut Nili hujus junioris esse fateantur duas illas epistolas, & alias praeterea, quae ultra Marciani aetatem scriptae videntur, & Mauritii potius aevum repraesentant? Age, testem producamus Bonaventuram Vulcanium Praefat. ad Lectorem in Tractatum Nili Thessalonicensis de Primatu .Pa. pac. ubi: *In catalogo*, inquit, *Bibliothecae Patriarchae Constantinopolitani citantur Nili Monachi Orationes decem contra Mahomed*. Porro Mahomed sive Mahometes inter ipsa Mauritii tempora superstitionem Orientalibus adflavit. Quum autem Orationes inscriptae sint contra Mahomed, non contra errores Mahomedicos, fortasse non temere conjiciamus, scriptas esse, Mahomede adhuc superstitie. Quod si quis paulo morosior post sectam Mahomedicam latius dispersam contendat, Orationes illas esse confectas, nihil refragabor; poterunt enim ab ipso Nilo, qui sub Mauritio scribebat ad Zofarium, & Nicandrum, conscribi contra Mahomedem sub Heraclio, sub quo Mahomedica petis latissime diffusa est. Certe Scriptor epistolae 1. lib. 4. canitium suam memorat: *Μὴ ἀστυχῶνός, inquit, μὴ τὰς παλαιάς: ne pudore adficiat canos meos*. Quae optime cadunt in Nilum hunc posteriorem, qui si annum aegebat 40. quum Zofario, & Nicandro scriberet, anno non amplius aetatis 80. sub Heraclio erat. Certius autem aliquid de tempore Nili contra Mahomedem scribentis definire possemus, si Orationes illae e latebris Bibliothecae Patriarchalis emerissent. Interea dum certiora praefolamur indicia, hisce conjecturis contenti simus. Sed ad Styliitarum originem, unde nos epistolae Nili longius abduxerunt, aliquando regrediamur.

Nilus al-  
ter Monachus  
Mahometem  
confutat.

§. II.

*Quo instinctu Simeon Styliticam vitam susceperit, & quanta virtute peregerit.*

12. **F**uerat quidem Simeon antequam in columnam ascenderet, atque adeo ex quo vitam Asceticam suscepit, miro quodam animi ardore ad infuetam, ac prope incredibilem vitae austeritatem inflammatus; ita sane, ut Theodoretus narret, illum ea de causa e Teledensi monasterio fuisse egestum, ne corpore imbecillioribus, & supra vires suas aemulari conantibus damni causa fieret. Ad Stylicam autem Stationem novo, & peculiari Spiritus Sancti adfatu, visoque Divinitus oblato provocatus, & institutus est; quod ipsi quo pacto ad ciderit, Cosmae verbis exponam.

Mira Simeon-  
is austeritas.

13. **Ἦ**ν δὲ ἡμεῖς ἐν τῇ πόλει ἐπιπέσομεν, καὶ ἰδὼν τὸν ἀστυχῶνόν, ἔλαβον αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἔπαυσεν ὁ λαὸς ἀκούων τὸν λόγον αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἡμεῖς ἐν τῇ πόλει ἐπιπέσομεν, καὶ ἰδὼν τὸν ἀστυχῶνόν, ἔλαβον αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἔπαυσεν ὁ λαὸς ἀκούων τὸν λόγον αὐτοῦ.

Peculari si-  
gno ad eolum-  
nam stationem provoca-  
tur.

בבד שמה שהיה . ומה מזה ארבעה ארבעה מלפניה בלשון  
 ספר עזרא : מה גילה בה ארבעה מלפניה מה שהיה עב  
 ארבעה מזה לפניה . ומה חלטה שמה בלשון מלפניה למה שהיה  
 עבד שמה בלשון . ומה ארבעה בה על גובה שמה דהוה מה שהיה  
 מה שהיה בלשון מלפניה ארבעה מלפניה למה שהיה בלשון מלפניה .  
 ומה חלטה מלפניה . ומה ארבעה עבד שמה בלשון ארבעה :

*Ut autem, inquit, certo constat, Divino instinctu, ductumque id omne susceptum, perfectumque fuisse, hoc etiam subjungam. Aedícula illa, quam Simeonem ab initio habitasse supra diximus, fenestram habebat, per quam ille porticam a Sacerdote Eucharistiam accipiebat. Suppositus huic erat protuberante structura lapis tricubitalis, ad incensum capulum sustinendam. Sub eos itaque dies, quos occasione verni jejuniis ab omni hominum congressu segregatus transigere solebat, post tertiam hebdomadam illi sorte oranti adparuit eximia forma vir facie ardentibus prunis prope similis, adiectus, armatusque, quasi mox conflicturus; visus autem primum ante fenestram orasse, post in praedictum lapidem subiens, religatis post tertium manibus, prius quidem inclinato, deinde recto corpore orare, atque subinde ad ipsum Simeonem conversus, illum adientem respectare, rursusque ab eo aversus surrectus in Caelum oculis, manibusque preces suas continuare, atque inter haec identidem Simeonem, ut antea, vestificare. Per tres noctes visio ejusmodi repetita, a vespere usque ad mane sequentis diei durabat. Tunc vero Christi famulus negotium istud a Domino profectum intellexit, ab eoque sibi missum fuisse praeceptorem, a quo rationem, & regulam pie, adhaerere orandi doceretur. Eo itaque post triduum disparente Simeon praedictum lapidem conscendit: quod suave, & maxime jucundum illi accidit, minime dubitanti, quin ea vivendi ratio a Deo inspiraretur. Quamobrem exacto quadraginta dierum jejunio, & patefacto Septis ostio, confectum domicilium reliquit, eoque in lapide ad tres menses insedit, tum reliquas, quas antea memoravimus, columnas construxit.*

Hinc intelligimus, eadem ratione per Angelum fuisse designatas tam Stylicas Simeoni, quam Monasticas Antonio Monachorum parenti exercitationes. De Antonio res ita traditur in lib. 5. de Vitis Patrum libello 7. num. 1. Quum aliquando animi taedio, & immixtis a diabolo cogitationibus supra modum adfleretur, vidit quemdam tamquam seipsum sedentem, atque operantem; deinde surgentem ab operibus, & orantem; & iterum sedentem, & pletham de palmis facientem, & inde rursus ad orationem surgentem. Erat autem Angelus Domini missus ad corpeionem, & cautelam dandam Antonio. Et audivit vocem Angeli dicentis: *Sis fac, & salvus eris. Ille autem hoc audito magnum gaudium sumpsit, atque fiduciam; & ita faciens salutem, quam querebat, invenit.* Intelligimus praeterea, vitam Stylicam in eo praecipue antecelluisse Monasticam, quod haec laborem manuum orationi interponeret, & per vices orationem labori subiceret, ut alterne animi, & corporis contentionem referret, & relaxaret; quum illa nullas daret austeritati inducias, sed stationis contentionem, & nunquam intermissos corporis cruciatus orationi sociaret, adsiiduoque certamine tandem vinceret, cogitationes, & diaboli insidias arceret, & corpore ad solam prope tolerantiam palaestram uteretur.

Monasticae & Stylicae originis & vitae comparatio.

Simeonis in columna exercitationes ex Theodoro.

14. Jam cujusmodi fuerint Simeonis in columna exercitationes, quas deinceps pro suo quisque modo parentem, ac magistrum imitantes ceteri Stylicae adripuerunt, adiamus ex Theodoro, qui fama sanctitatis excirus Simeonem invisit, & quae coram spectaverat, quaeque a Viro sanctissimo audiverat, literis commendavit. Haec ille cap. 26. Philothei: *Ego vero licet certaminum illius, quae omnem orationem superant, homines prope universos testes habeam, narrationem adgradi pertimesca, ne fabula veritatis expertis posteris videatur.* Et infra post enarrata vitae initia, & jejunia

St.

Simeonis in Tel-Nefcin inclusi: *Ex illo, inquit, tempore ad hunc usque diem per annos 28. quadragenas dies sine cibo transigit. Tempus enim, & exercitatio magnam laboris partem detraxit. Solebat enim primis diebus stare, Deumque laudare; deinde ubi corpus stationem propter inedia[m] ferre amplius non poterat, sedere deinceps; & ista Divinam Liturgiam exsolvere, postremis vero diebus etiam decumbere. Consumtis enim paulatim, exsiccatisque viribus jacere semimortuus cogebatur. Postquam autem in columna stetit, adduci nunquam potuit, ut descenderet, aliisque rationem iniiit, qua staret. Tridem enim adligans columnae, & seipsum trahi adstringens, quadraginta dies sic explevit. Post haec vero majore caelitus accepta gratia, ne hoc quidem opus habuisset auxilio, sed cibi omnibus abstinenti, quadraginta dies stetit alacritate animi, divinamque gratia confirmatus. Tum expositis signis, & miraculis nonnullis a Simeone editis, addit: Sed quousque tandem Atlantici maris altitudinem metiri coner? Nam sicut hanc dimetiri homines nequeunt, sic orationem superant, quae ab eo fiunt quotidie. Ego autem ejus ante haec omnia admiror constantiam. Nolens enim diesque in omnium oculis stat. Foribus enim ablatis, murique disiecta parte non minima, novum omnibus, ac stupendum spectaculum proponitur; nunc quidem longo stans tempore, nunc subinde se inclinans, Deoque adorationem offerens. Ac multi sunt adstantium adoratione istas enumerant. Semel autem quidam ex iis, qui mecum evant, quum mille ducentas quadraginta quatuor numerasset, fessus postea numerare desistit. Semper autem quam se inclinabat, ad digitos usque pedum frontem admovebat. Ulceris deinde, quod ex pertinaci statione contraxerat, mentionem facit, sed alterum praetermittit, quod ex crebris inclinationibus, & incurvationibus ortum est, in perforato epigastrio, ut a ceteris eosdem, qui addit tres dorsu vertebrae fessis de causa fuisse luxatas, & a ceteris distractas, ita ut nunquam deinceps potuerint conglutinari; vulnus autem epigastrii vehementiorem illi dolore adtulisse, quam ulcus chironium. Hoc autem asperitatis genus eo est admirabilius, quod modius, & septum columnae, quo Simeon continebatur, duos, nec amplius cubitos, patebat, hoc est, palmos tres, intra spatium autem adeo angustum tam crebro incurvari certe non potuit sine dorso & pectoris, & epigastrii dolore, vitioque. In publicis praeterea festsis hanc fuisse consuetudinem Simeoni refert idem Theodoretus, ut stationi novum adderet cruciamentum; ab occasu enim ad ortum solis tota nocte stabat manibus in Caelum semper extensis. Pergit Theodoretus: Totam noctem, & diem ad nonam usque orando consumpsit. Post nonam vero primum quidem Divinam doctrinam praesentibus tradit, deinde admissa uniuscujusque petitione, & curationibus aliquot peractis, litigantium controversas dirimit. Sub solis autem occasum cum Deo deinceps colloqui incipit. His commemoratis se leviter intuitu ejus formam adumbrasse profertur Theodoretus; & ἄλλο τι, δὲ τὴν τὸν ἰσὸν ἀναδιδόναι: a gutta pluviam ostendere conatus. Denique scribent, inquit, ut verisimile est, & alii multo plura; quod si vitam produxerit, ἔτι μὲν ὄρα τυχὸν ἀεθλοῦσι δαίμωνι: & majora fortasse addent prodigia. Scribebat haec Theodoretus anno 28. post inchoatum quadagesimale jejunium sine ullo cibi usu, hoc est, tribus post annis, quam in Mandram Tel-Nefcin concesserat Simeon, iu qua post annos 47. diem supremum clausit quinto novae Septembris anno 459. Theodoretus igitur historia de Simeone anno aetate e columnae ad Caelum migrare decimo sexto, qui fuit Christi 443. conscripta est, seu vigesimo primo post columnarem exercitacionem susceptam, quam teste Cosma annos septem, & triginta admirabiliter coluit. Itaque per reliquos illos vitae Simeonis annos plurima superfuerunt post Theodoretum narrationem describenda, quae & Cosmas, & Antonius, & Metaphrastes ex parte nobis tradiderunt, quaeque apud eosdem legi possunt; non enim haec Simeonis vitam, sed Styliticae vitae initia informanda suscepimus. Pietatis autem, & Asceticae antiquitatis amatoribus satis nos facturos commendamus, Majellanae huic Dissertationi subjicientes Sancti Simeonis Acta, quae ex vetustissimo, quem diximus, autographo Cosmae ejusdem familiari Codice Chaldaico eruta nunc primum Latinitate donamus.*

Mira cibi ab-  
stinentia.

Statio perpetua.

Crebre incur-  
vationes.Ulcerum to-  
lerancia.Jugis preca-  
tio.Quo anno  
haec scripserit  
Theodoretus.Simeonis fi-  
nis

15. Incredible plane dictu[m] est quanta fuerit hominum admiratio, & quanta Stry-  
liti.



ma. sanctitate  
& nominis ce-  
lebritas.

liticæ virtutis celebritas, quum primum illius splendor in oculis mortalium incurrit. Theodoretum ipsum audire juvat, qui famam Simeonis in columna degentis quaquaverfium diffusam ita describit: *Simeonem eximium magnum orbis terrarum miraculum norunt omnes, qui Romano parent Imperio, norunt & Persæ, & Medi, & Aethiopes; quin & ad Scythas quoque Nomadas pervadens fama hujus immensus labor, & philosophiam edocuit.* De Romana Urbe quod addit plane est animadversio-  
ne dignissimum: *De Italia, inquit, supervacuum est dicere; ferunt enim maxima in Roma celebrem adeo virum esse, ut in omnibus officinarum vestibus ejus imagines stuant, tutelam ex his quandam sibi & praesidium comparantes.* Quem locum Nicaena II. Synodus etiam adtulit; adhuc scilicet superstitie Simeone, & medium prope admirabilis stationis tempus agente. Immensus autem laboris esset illustria Scrip-  
torum praeconia colligere, quibus virtutum illius prodigia celebraverunt; nunquam enim sine titulus humanam conditionem excellentibus Simeonis memoriam usurparunt. *Ἀσέων Μάρτυρα, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἁγίον, τὸν ἐν σαρκὶ τῆς ἀνα Ἱερουσαλὴμ πολίτην; Ἀτρεὺν Μάρτυρον; in terra Angelum; in carne supernae Jerusalem Civem:* adpellat Evagrius. Ac de eodem Theodorus Petraeorum Episcopus in vita S. Theodosii Archimandritae: *ὅς ἐν τῆς τῆς εὐλῆς ἀεροπόρῆσιν ἡλίου δὲ οὐλοῦ πάσας τῆς ὕψ' ἡμερῶν ταῖς ἡμέρας ἦν ἀμὲν κρηφάφωρος αὐτίαν: Qui e columnae vertice solis instar, totam, quae Caelo subest, terram suis virtutum radiis conlustravit.* Cosmas in epistola ad Simeonem, quam ex laudato Codice ad Acta ejusdem S. Simeonis adjiciemus, *socium* illum vocat *Propbetarum, & comparem Apostolorum.* Nec desuit, ἀλλὰ ἐκπρόχως, ἐν τῇ τῆ κελεύθῳ ἡσυχίας περιμαίνῃ: ut scribit Theodoretus: *Vir bonus & Christi ministerio honoratus, qui serio dubitaverit, esset ne Simeon humana praeditus natura, an incorporea, quumque in montem subisset, & Simeonem ipsum adjurasset, ut ediceret, an verus homo esset, illo jubente scalis admotis ulcera confpicatus, & sancti Viri sermonibus confirmatus, dubitatione quidem exorta, sed admiratione adaucta, recessit, remque Theodoro narravit, a quo est literis prodita. Naamane quoque Arabum Praefectus, ut Cosmas memoriae tradidit, suo periculo virtutem Simeonis edoctus, Christianus scilicet factus est, inter hominesne, an inter Deos Simeon esset numerandus.*

Episcopo-  
rum suspicio-  
nes diluit ex-  
perimēto hu-  
militatis.

16. Fuere tamen, ut sunt vulgo incerta, & varia hominum judicia, qui insuetam vitæ rationem vel improvida cupiditate sine Divino Numine susceptam, vel ad humanae laudis aucupium institutam partim dubitarint, partim reprehenderint. Quod ad eos actinet, qui dubitaverint, rem tradit Evagrius, quam a Theodoro praetermissam, se a Monachis accepisse adfirmat; Aegypti scilicet Episcopus, ut Sanctissimi Stylitæ propositum explorarent, certum hominem adlegasse, qui Simeoni denunciaret Patrum nomine, uti e columna descenderet; ut nimirum si dicto non invitus obaudiret, eo humilitatis, & obedientiae experimento Deum instituti illius autorem agnoscerent. Quum autem renunciatis sibi Patrum mandatis, nihil contra mutire ausus Simeon, se confestim per scalam de columna demitteret, jussus est in pristinam columnae stationem redire, omnemque ab Episcoporum animis sus-  
picionem abstergit.

Simeonis ob-  
treccitantes re-  
darguit Theo-  
doretus.

17. Obtreccitatoribus autem & insignem stationem aut vanitati, aut levitati ver-  
tentibus occurrit Theodoretus, & Prophetarum exemplis docet, quae fuerint divi-  
na consilia in insuetis ejusmodi vitae factorumque generibus; ut nimirum rei novi-  
tate exciti homines, ad exempla virtutum oculos converterent, & intentioribus ani-  
mis mandata, & monita exciperent, quibus admiratio, signis praefertim comitan-  
tibus, majorem conciliasset auctoritatem. Refert autem ibidem Theodoretus uberes  
ejus novitatis fructus; quum nimirum populis ad Simeonis columnam confluentibus,  
integrae nationes ad Christum conversae sunt, Ecclesiae in Catholica doctrina con-  
firmatae, Episcopi ad Pastorem sollicitudinem excitati, & innumerabilia agris,  
ac perditis hominibus imperita beneficia.

## § III.

*De insignibus Simeonis successoribus usque ad seculum septimum.*

**C**larius adhuc divina consilia patuerunt, quum Simeone in Caelos sublato, illustres existerent Angelicæ exercitationis imitatores, per quos Christianæ virtutis odor; & Stylitici Ordinis splendor latissime sese diffusit.

18. Primum autem inter Simeonis successores ætate; & meritis Daniele numeramus, qui sub Leone Imperatore post M. Simeonis obitum claruit. Is in vico Maratha dicto prope Samofatam ortus, quum duodennis esset, in Monasterium duodecim inde stadiis distans concessit. Fama deinde Simeonis provocatus, Monasterii Praefectum, ut illum adiret, tunc quidem frustra rogavit; sed per occasionem deinde voti compos factus, Simeone invitante, ascendit in columnam, ejusque verbis, exemplis, ac vaticinio ad Asceticam perfectionem inflammatus, ad Monasterium rediit, sed colendæ solitudinis propositum non abiecit. Itaque Abbate defuncto, postquam Coenobii Praefecturam recusasset, clam profugit, atque ad Simeonis mandram se contulit, ubi diebus quatuordecim exactis, quum ad visenda Palaestinae Sacra loca discessisset, Simeone per visum hortante, Constantinopolim ire perrexit. Portum autem ingressus, Idolorum templum in Anaplo a daemoneibus infestum occupavit, ubi solitarius novem egit annos, post quos divinitus in columnam est evocatus. In hac autem ad annum usque ætatis octogesimo, & mensẽ tertium pervenit, cujus corpus ab Euphemio Constantinopolitano Episcopo depositum magna celebritate elatum est. His ex Biographo commemoratis vitæ illius tempora ad hunc modum dispensamus. Quum vita functus sit, quo tempore Euphemius Genadium C. P. Episcopum exceperit, hoc est, anno Christi 489. exacto ætatis anno octogesimo, & mensibus tribus, ortus ejus anno 409. consignandus est. Quare anno 420. in Monasterium sese abdidit, quum nimirum annum duodecimum adtignisset. Ex Monasterio autem profugit, atque in Simeonis mandra commoratus est anno ante Simeonis obitum nono; tot enim transegit Daniel in Anaplo postquam a Simeone recesserat, donec in columnam ascendit. Quamobrem in mandra fuit anno 450. feu potius 449. & in columna stare coepit anno 459.

19. Porro Aëta Danielis ad Imperii, & Ecclesiæ salutem illustria, quæ in Ecclesiasticæ historiæ monumentis leguntur, quum ad Styliticam, quam exequimur, successionem non pertineant, ad sua tempora revocare superfedemus, quum præsertim tam luculentis ætatis characteribus insignita sint, ut historias legentibus latere non possint. Horrendum enim prædixit incendium, quo magna pars Constantinopolis absumta est. Leoni Imperatori filiis destituto, qui ad illius se pedes humilis abjecerat, cuique fuerat adprime carus, masculam prolem in annum proximum prædixit. Imperatrix Eudoxia, quæ nuper ex Africa servata erat, Daniele inivit. Zenoni Imperatori calamitatis, & felicitatis vices, quæ subinde exceperit, vaticinatus est. Fidelium precibus, & Ecclesiarum adfictis rebus e columna descendere coactus, Basilicum Imperatorem objurgavit, ac deterruit. Zeno in Imperium redux pulso Basilisco ad Daniele cum uxore ad gratiæ agendas se contulit. Quæ suas quæque habent temporum notas, & simul ostendunt quanta tum Danielis fuerit & virtutis, & nominis claritas.

20. Eodem quidem anno, ut vidimus, quo Simeon ex hac vita migravit, Daniel subiti in columnam; ut nimirum splendidissima sanctitatis face ab oculis hominum erepta, atque in Caelum sublata, quæ Syriæ, totiusque Orientis plagas illustraverat, alteram clementissimus Deus apud Regiam Urbem, atque in ipsa Constantinopolitani Imperii celebritate ascenderet, & super candelabrum efferret, ut mundi contentum, spem vitæ æternæ, Catholicæ Religionis veritatem, & eximie virtutis radios per omnes mundi partes diffunderet. Non tamen putamus post M. Simeonem Stylitas in Syria defecisse, imo vero adfirmare non dubitamus, ibidem

Daniel Stylita  
sub Leone Imperatore.

Ætatis ejus  
tempora designantur.

Res ejus gestas  
Ecclesiasticæ historiæ  
memorant.

Post Simeonem  
in Syria  
Stylitæ flores  
pergunt.

Johannes Stylita Simeonis Junioris Magister.

dem Stylitas post obitum Sanctissimi Patris in peculiaris instituti ordinem, & formam coaluisse. Evagrius enim lib. 6. hist. cap. 23. de Simeone Juniore ait, Magiltrum ejus, (cui nomen fuisse Johanni discimus ex vita fusiori Simeonis, quam ad diem 24. Maii Graece, Latineque edidit, notique illustravit V. Cl. Conradus Janningus) viso miraculo, quod in puero Simeone Deus ediderat, illum in columnam admisisse. Quae verba constitutum indicant Styliticae professionis Ordinem; ita enim in Monachis suscipiendis loqui solent Scriptores, ad *Monasticum habitum admisit*. Id autem contigit anno Christi 526. quum nimirum Simeon quinquennis erat, eoque tempore Johannes Styliticam vitam profitebatur prope Antiochiam; eam vero jam dudum professus videret, quum tyronem instituendum susciperet. Id autem frustra conjecturis adstruere nitimur, quum argumenta suppetant sole clariora. Nam inter Syros Scriptores Orthodoxos in suae Bibliothecae tomo 1. Cl. Asemannus Josve Stylitam memorat, quem seculo quinto inclinannte clariuisse ait, hoc est, integro ante Simeonis Junioris mortem seculo. Monachus Josve professus est in Monasterio *سورة* *Zucina*, quod situm est in agro Amidensi, temporumque suorum calamitates ab anno Christi 495. usque ad 507. rogatu Sergii Abbatis descripsit; quo tempore nondum fortasse in columna steterat Johannes Simeonis Magister. Igitur Simeone defuncto illae ipsae Orientis regiones, quae sanctum Virum aluerant, successores ejus non paucos eduxerunt.

Josve Stylita, ejusque actus.

Simeonis junioris aetas ex Jaanaga.

21. Inter hos, qui virtutum, ac signorum claritate, & scriptorum laudibus maxime omnium celebraretur, hic Simeon fuit; quem ut a primo discerneret, Juniore adpellavere, atque, ut nonnullis placet, *Tbaumastoritam*, a monte scilicet prope Antiochiam, qui *سورة* *Jaunaga*: *mans admirabilis*: ab hujus Simeonis vita, factisque dictus est. Hujus aetatem accuratissime distribuit loco cit. Janningus, cujus haec verba sunt in Commentario praevio 5. 3. num. 21. *Vixit sub quinque continuis Imperatoribus, Justinio veteri, Justiniano, Justinio juniore, Tiberio II. & demique sub Mauritio; primi anno quarto natus, posterioris decimo quinto denatus, quarta & vicesima die mensis Maii. Horum autem terminorum intervallum annos 75. complectitur, quos ita Simeonem implevisse ex vita constat. Annos quinque exegit in paterna domo usque ad terrae motum; hinc unus elapsus fuerit in monte, ac primis vitae Monasticae rudimentis, priusquam in columnam admitteretur. In hac humilitate, ac potius basi, quam columna, sub oculis Jobannis anni 6. in secunda pedes 40. eminente, 8. transacti. Sicque 20. erat annorum, ut meminit expresse vita num. 72. quum inde migravit in Montem mirabilem, ubi reliquum vitae tempus confecit, annis 10. in petra sub dio, 45. usque ad obitum in columna persensit.*

Unus in occidente Stylita Vulsilaicus.

22. Hac eadem Simeonis Junioris aetate splendor vitae Styliticae in Occidente primum illuxit. Sed propter hyemis, caelique inclementiam tantae severitati minus idoneam, non ultra paruit, neque primus ipse Occidentis Stylicia, Vulsilaicus nomine, diutius in columna; perseverare permittus est. Rem, quam ab ipso Vulsilaico, acceperat, ejusdem verbis refert Gregorius Turonensis lib. 8. hist. Francor. cap. 16. *Deinde territorium Trevericarum Urbis e:petii, & in quo nunc estis monte, habitaculum, quod cernitis, proprio labore construxi &c. Columnam etiam statui, in qua cum grandi cruciata sine ullo pedum stabam tegmine. Itaque cum hyemis tempus solitae advenisset, ita rigore glaciali urebar, ut unguis pedum meorum saepius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more descenderet. Quum narrasset deinceps eversum, & comminutum Dianae simulacrum, addidit. *Adventibus Episcopis, qui me magis ab hac coheritari debuerant, ut coeptum opus sagaciter explicare deberem, dixerunt mihi: Non est aequa haec via, quam sequeris, nec tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnae insedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc sustinere patitur loci positio. Descende potius, & cum fratribus, quos aggregasti tecum inhabitata. Ad quorum verba, quia Sacerdotes non obaudire adscribitur crimini, descendeam, fateor, & ambulabam cum eisdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam vero die provocans me Episcopus longius ad villam emisit operarios cum scutis, & malleis, ac securibus, & eliserunt columnam, in qua stare solitus eram. In crassimo autem veniens**

viam invenit omnia dissipata, seroque vehementer; sed erigere nequirit quae destruxerunt, ne diceret contrarius iustitiam Sacerdotum. Ita Stylitarum institutum invisit Occidentem; sed virtus virtuti cessit, & prudentia, discretio, humilisque obedientia prae columbari fatione valuerunt.

23. Simeoni Juniori comitem virtute non imparem adjungimus Alypium, cujus pretiosa mors in Heraclii tempora incidit, postquam annos 77. durissimae exercitationis egisset. Patriam is habuit Hadrianopolim Paphlagonum, ubi a Theodoro ejus Urbis Antistite sacris literis institutus, tum deinde Diaconus ordinatus, solitudinis amore ad Orientis deserta migrare instituit; sed ab Episcopo suo revocatus, Monasticam vitam in patria professus est. Mox in columnam cogitavit, sed Seniorum consiliis interpellatus, angustissimam cellam est ingressus, quum annos triginta natus esset. Ibi transacto biennio post Inferorum copias, & artes fortiter depulsa, ac debellata, columnam infedit. Miraculis ille apud Imperatoris Aulam, & Imperatricem ipsam celebris, praeter Inclusorum ad basim columnae, duo excitavit, rexitque alterum feminarum, alterum virorum Monasteria, donec meritis plenus, & signis gloriosus ad Caelum convolvavit. Certum annum, in quem ejus nativitas, & obitus incidit, ex vita illius apud Surium die 26. Novembris, quam unus ex ipsius discipulis scripsit, excusulare non licet.

Sed haec Mauriti & Heraclii tempora adultam Stylitici Ordinis aetatem, & Alumnorum frequentiam late florentem nobis exhibent. Itaque insigniores, quorum nomina Scriptorum monumentis tradita sunt, ordine suo, quoad ejus fieri potest, recensebimus.

## §. IV.

## De Stylitica successione a Saeculo Aerae Christianae sexto.

Julianum Stylitam, de cujus virtutibus, & miraculis non semel in Vitis Patrum, ad eandem Simeonis Junioris aetatem revocamus, cujus res gestas ab Ab. Stephano & Cyriaco Juliani discipulo se accepisse fatetur Moschus in suo Prato, quod initio saeculi septimi scripsisse docet Rosweydeus. Tertium quandam Simeonem Stylitam, qui de Caelo tactus interiit, & cujus animam in Caelum ferri idem Julianus vidit, memorat ibid. Moschus cap. 57. His coaevus fuisse videtur Stylita anonymus sub Athenogene Petrae Episcopo, cujus virtutes eod. lib. 10. describuntur ex narratione Athanasii Abbatis, qui casum ab ipso Athenogene audiverat. Alios praeterea Stylitas, quorum Moschus mentionem facit, saeculi septimi initio adsignamus. Stylita Severianae sectae, quem edito miraculo Ephraem Patriarcha Antiochenus ab haeresi revocavit, hoc eodem saeculo vixit. Ephraem enim Antiochenam sedem tenuit ab anno 523. usq. ad 545. His praeterea adscendendi sunt Stylitae duo, quorum alter Severianus erat, alter Catholicus, quem vidit, & adloquitur est Moschus, ut scribit cap. 29. Hac aetate, qua Stylitarum fama Haereticorum permixtione foedata est, non temere putamus, vixisse Nicandrum Stylitam, cui Nilus in duabus supra indicatis, ac late discussis epistolis, muliercularum conloquia, & humanae gloriae ambitum objecit. Porro numerum Stylitarum circa medium hoc saeculum fuisse oppido frequentem, indicant verba Georgii Hamaroli, qui de Constantis II. tempore scribens: *Sub quo, inquit, vehemens & rapidus ventus exortus plures, casque ingentes arbores radicibus evulsit: πολλὰς ἢ καὶ εὐλας κωνίθῳ Μοραχὸν κτιστάλας: multasque Stylitarum Monachorum columnas dejecit.* Per eadem tempora fuisse crediderim Stylitam illum, quem duodecim passuum millibus ab urbe Damasco in Phoenicia certasse, scribit Anastasius Sinaita in hist. Patrum lib. 1. cap. 1.

24. Octavum Christiani nominis saeculum plures adhuc Styliticae palaestrae culcores aluit, inter quos hi nobis memorandi suppeditantur ex Chronico Syriaco Dionysii, quod liberalitate SS. P. Clementis XI. Bibliotheca Vaticana dono accepit. Thomas Telenis, quem idem Dionysius ad annum Graecorum 1021. hoc est,

Alypus Stylita sub Heraclio vita sua.

Julianus Stylita qua aetate floruit.

Simeon inter Stylitas ejus nominis tertius.

Stylita anonymus apud Moschum.

Stylita Severianus.

Nicander a Nilo reprehensus. Stylitarum frequentia medio saeculo septimo.

Quinque saeculo octavo Styliticae exercitatione celebrati sunt. Thomas Telenis.

Theodorus Amidae Episcopus. Christi 711. consignat. Thomam imitatus Theodorus Amidae Episcopus, qui abdicato Episcopatu columnam sibi inter Amidam, & Daram erexit. Ex eodem ad annum 730. Zacharias, quem Edeffeni e columna detractum sibi Episcopum constituerunt. Apud Theophanem Petrum Stylitam legitimus ad annum Constantini Copronymi 27. Christi 762. ubi ait: *Misit (Copronymus) qui Petrum venerabilem Stylitam e Petra exturbaret. Multitudinis autem Styliitarum per eam aetatem luculentum perhibent testimonium verba ejusdem Dionysii ad annum Christi 775. de tyrannide Moysis Musfaabi sub Abdalla Arabum, & Perfarum Rege: Et deabusati sunt, inquit, in Eremitas, & Inclusos & Stylitas, & plurimos ex columnis descendere fecerunt, & Inclusos ex clausuris extraxerunt.*

Petrus

(39) *Johannes,* hujus nominis primus, in Serie Patriarcharum Antiochenorum quadagesimus recenseatur. Sedit annos tredecim, nempe ab anno Christi 428. ad 441. Successorum habuit Dominum II. fororis suae filium, quem supra laudavimus. Vide le Quien Orient. Christ. tom. 2. pag. 721. ubi ejus vitae & gestorum epitomen, ex multis, quae exstant, Ephesini Concilii monumentis, ac praecipue ex Synodico Tragoediae Irenaei, quod Christianus Lupus vulgavit, excerptam, profert.

(40) Consonat Evagrius lib. 1. cap. 13. pag. 270. *Tanta,* inquit, *Divinae gratiae virtus in Simeone inerat, ut quum Imperator*

*Theodosius Judaeis Antiochiam involentem Synagoga, quas Christiani illis ademerat, restitui jussisset, Simeon sanctus cum fiducia ac libertate ad eam scripserit, somque acriter eum objurgaverit, solum Imperatorem suum Deum reveritur: ut Imperator Theodosius revocata jussione sua, cunctis in gratiam Christianorum fecerit; & Praefecto Praetorii, qui haec ipsi suggesserat, potestatem abrogaverit, petentique nominatim a sanctissimo, atque adrio Marciano, ut pro ipso Deum precaretur, suamque ipsi benedictionem impertiret. Eandem hiltioriam tetigit Theodoretus, quam in Philotheo cap. 26. ait: *Ceterum in his dem, Simeon, versatur, atque haec omnia praefert, sanctorum simul Ecclesiarum providentiam non negligit, nunc pugnavit contra Gentilium impietatem, nunc Haereticorum turmas profigans, atque interdum ad Imperatores de bis literas mittens, interdum Praefectis ad Divinum seclum excitans, ipsos etiam interdum Ecclesiarum Pastores admonens, ut gregum suorum majorem curam gerant.* Haecenus Theodoretus.*

(41) *Ardaburius* meminerunt hoc loco etiam Latinus Antonii Interpres, & Metaphrales. Eundem laudaverat Antonius cap. 7. Porro duo fuere Ardaburi, ut observat Bollandus pag. 268. Prior Dux egregius sub Theodofo Jun. Consul anno 427. pater Afparis, de quo Socrates lib. 7. cap. 23. Alter Afparis filius, a Marciano Dux Orientalium copiarum constitutus, ut habet Svidas: atque is est, qui translationi Corporis S. Simeonis adfuit.

(42) Funus S. Simeonis iisdem plane verbis describit Evagrius lib. 1. cap. 13. pag. 271. *Hujus,* inquit, *sacratissimum Corpus post obitum Antiochiam deportatum est, Leone Imperium tum gerente, & Marcario Antiochense urbis Episcopatum administrante: quum Ardaburias Magister Orientalis militiae, una cum militaribus numeris, quos circa se habebat, & cum reliqua omni multitudine ad Simeonis mandram venisset, & sanctum beatissimi viri Corpus servasset, ne a finitimi Civitatibus subriperetur. Igitur sacrum ejus Corpus non sine ingentibus miraculis, quae per totum iter facta sunt, delatum est Antiochiam.*

(43) Templum hoc a Constantino Magno inchoatum, & sub Constantio absolutum, a nonaginta, & septem Episcopis anno 347. dedicatum est; de quo consule Pagium ad annum praedictum num. 6. Cassiani Ecclesiam perperam vocant Antonius, & Metaphrales, in eaque repositum fuisse Simeonis corpus testantur, donec aliud templum in vicino loco aedificatum fuit, quo sacra ejus Lipsana translata postmodum fuisse scribit. Quod argumentum est, Antonium aliquo post obitum Simeonis annis historiam suam edidisse. Contra vero Cosmas Aeta Stylitae publicaverat, antequam ejus Corpus a majori Ecclesia ad novum Sacellum transferretur: atque idcirco nomen Marcarii Patriarchae Antiocheni, tamquam viventis & omnibus noti, non prodidit.

(44) *Episcoporum Principes.* Sic Patriarcham,

chem, & Primatem Syri adpellant.

(45) *Evergennus*. Hic memoratur in vita per Antonium, & Metaphrastem edita. Sed rem aliter narrat: ajunt enim, hominem illum, quod matronam quandam perditē adtraisset, & in mortuae ejusdem cadavere libidinem expleisset, in sepulcro divinitus detentum fuisse, donec rheda illac transfret, quae subito immobilis stetit, dum is ad loculum sacrum adcurreret, a Daemonio liberatus est.

(46) *Maro*. Meron, & Meroën adpellant Antonius, & Metaphrastes, quorum primus quinque circiter miliaribus eum pagum ab urbe Antiochia distare scribit. Stephanus de Urbibus: *Praeter Meroën Aethiopiae*, inquit, est & *Meroë ad Orientem Antiochiae circa Daphnen*; quam Baronius in Notis ad Martyrologium Rom. die 21. Octobris, *Maroniam* vocat. Inde Syrorum Maronitarum originem & nomen nonnulli perperam arcessunt, quos scite refellit Faustus Naironus in *Dissertatione de Maronitarum origine, nomine, ac religione*, Romae formis Zachariae Domnici Aclamitek anno 1679. edita; miraturque Vir egregius pag. 134. quod non evocaverint potius e Thracia. Heic enim reperire potuissent Ciconiam civitatem, nomine Maroneam, cujus incolae, & Cives Maronitae dicebantur, de quibus intelligenda esse exilimo ea Philippi Regis Macedonum orationis verba apud Titum Livium lib. 39. habitae ad Q. Caecilium, alioque Legatos, a Romanis in Macedoniam missos: *Nom cum Maronitis mihi*, inquit Philippus Rex, *aus cum Eamene descriptionis est, sed Jam vobisum, Romani*. Porro Maronitis nostros, qui Syriam mari mediterraneo contemrinant, incolunt, a Sancto Marone Coenobiarcho, seculo Christi quinto inuenta claro, cujus vitam Theodoretus scribit in Relig. hist. cap. 16. & seqq. & ad quem exstat S. Joh. Chrysolomi Epistola num. 36. ab exilio missa, nomen suum accepisse, quod nimirum ipsos ab ceteris Syris lapsis in haerem se junctos in avita Catholicae Fidei professione, quam ab Apostolis susceperant, continuit, alibi a nobis latius est demonstratum. Quare ad pura puta commenta amandanda sunt quae Eutyechius Patricides Alexandrinus Graecorum Melchitarum Patriarcha in Annalibus suis Arabicis tom. 2. pag. 191. de Moosethelica Sancti Maronis, & Maronitarum fide somniat; quem tamen inconfidate sequutus Eusebius Renaudotius, vir ceteroquin eruditus, in sua Liturgiarum Orientalium Collectiōne, Parisiis anno 1716. impressa, Missalis Chaldaici Ecclesiae Antiochanae Maronitarum Editores passim reprehendit, & inertiae, inficitiaeque adculat; nec tantum illos, sed Romanos Censores, summoque in Urbe rei Typographicae Praefides carpit, modo iste quidem, sed non citra fel, hoc potissimum utrique intentans crimen, quod Maronitis nomen, unde Maronitae, laudato Missali ipse passim fuerint, quem Monothelismi auctorem ipse se spondet olim demonstratum: quod tamen nunquam praestitit. Licet autem

mihi sanctissimum Virum de Catholica Religione optime meritum, Maronem, inquam, & Maronitas gentiles meos ab impactis Monothelismi erroribus adversus Eutyechium, ejusque prae ceteris fautorem Renaudotium, ab re non longa digressione vindicare; ut vel exigent quilibet colligere possit, quamnam utriusque fidem in reliquis esse habendam, qui in re adeo perspicua exploratae, qualis est certe Maronis, & Maronitarum Orthodoxa Religio, impudentissime mentiti sunt.

## DIGRESSIO

SANCTUS MARO, cujus nomen Missali Chaldaico Maronitarum infernum est, Monothelitarum Princeps non fuit.

Auctor calumniae primus Eutyechius Patricides refellit.

Quae de B. Marone Monacho Eusebio Renaudotius in observationibus ad Anaphoras Syrorum non femel docet, ea in Historia Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum, Parisiis anno 1713. edita, retulerat, eorum quorundam Orientalium opinionem: nec putabam virum gravem, & doctum se eo errore capi passurum fuisse, ut crederet, Maronem, quem Maronitae colunt, Monothelitarum fuisse Principem, & Monothelismi Inventorem; quando in eadem Historia disertissimi verbis adfirmat, illius opinionis auctores a communi Graecorum & Latinorum historia in hac materia longe abire. Quos enim, cedo, Graecos, quoque Latinos dicis? Synodum nempe Sextam Generalem, Lateranensem sub Martino, Hierosolymitanam sub Sophronio anno 634. alteram sub Johanne anno 640. Cypriam anno 643. Concilia Africana quatuor divo Maximo praesente, praesidentibus Stephano Numidiae Bizacena Praemate, Cochnio Pataracensi, Reparato Mauritaniae, Episcopis, atque Victore totius Africae Primate; Romanum sub Theodoro anno 646. Mediolanense, & Anglicanum sub Agathone. Ad haec praecipuus in causa Monothelitarum actores Sophronium Hierosolymitanum, Stephanum Dorensem ad Theodorum Papam ab Episcopis Palaestinae & Syriae Legatum, S. Maximum Monothelitarum Antagonisten: Judices vero Summos Pontifices quique, Honorium, Agathonem, Martinum, Theodorum, & Johannem; noveratque unam esse omnium sententiam, nec alios agnovisse Monothelismi Principes, praeter Theodorum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, atque Sergium Constantinopolitanum; hoc enim fecerunt in Sexta Synodo, in Litteris Romanorum Pontificum, & S. Maximi Libris repetitum Jegeras.

Neque heic ego Catholicum homini venerandum tot Conciliorum, Pontificum, atque Sanctorum Patrum auctoritatem oppono, quam ipsum certe revereri par erat; sed Scriptori prudenti, veritatique amanti apello testes



telles gravissimos, rem suis sub dēulis gestam, aut certe in recentissima memoria, quadraginta sex scilicet ante annos transactam loquentes, adstantesque ex certa scientia post accuratissimam inquisitionem, ipsi Actis Sextae Synodi insertam, qualem se nullo unquam Concilio exquisitiorē legimus, praesentibus, nec reclamantibus ipsorum Monothelitarum Praepositoribus, Macario praesertim Patriarcha Antiocheno, Petro Nicomediensi, Salomone Glancii Episcopo, Stephano, & Polyronio, viris sane nec stupidis, neque meticulosis, qui & ipsorum Monothelismi Principum auditores, & discipuli fortasse fuerant, & certissime Monothelismi cunas, ut ita dicam, viderant, in sua quippe Syria nati atque adulti, ut Renaudotius opinatur, aut in Syriae contermina Arabia, ut Latini Graecique Scriptores tradunt. Aderant praeterea in Concilio, praeter Haereticos, plusquam quinquaginta Episcopi Orientales Catholici. An illi, tacentibus Monothelitis, silere poterant? & petentibus Sedis Apostolicae Legatis, & Imperatorē Constantino urgente, ut *Author novitatis quadraginta sex plus minus ante annos introductae proderetur*, ipsi impetuno, ne dicam impio silentio dissimulare, & suppressere voluerunt quae erant sibi competissima; quippe quae suis in Ecclesiis, suisque sub oculis gesta fuerant? Ipsi sustinere, ut Concilii Patres totam Actionem 12. & 13. in evolvenda atque examinanda amplissima Scriptorum farragine inaccessibile labore consumerent, non alio certe scopo, quam; ut unde *hujusmodi vocum adinventae fueras novitas* rescirent? Hoc enim Sedis Apostolicae Legati actione I. petierant, & Imperator Constantinus Georgio Patriarchae Constantinopolitano, & Macario Antiocheno, eoque adjacenti Synodo edixerat.

At quid tandem ex ea operosissima & exacta conlato totius orbis Patrum studio inquisitione rescitum fuerit, ediffere jam? Actione XVIII. Monothelismi inventorum, fautorumque nomina, toto audiente Concilio & adprobante, in censum vocantur, recitantur, damnantur, Theodorus Pharanitanus, Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius Stephanus, Polyronius, Aspergius. Nullas Maro, nullibi. Sextae Synodi definitioni suffragantur omnia, quae supra memoravi, Concilia, omnes Patres, omnes Historici Graeci & Latini; ita nemo unquam, vel usquam existit, qui in hac parte Eutychio, vel Macrisso, hujusque notae Scriptoris Orientalibus non refragat; nec Renaudotius id negare audeat. Perge igitur, & quandoquidem in omni insigni mutatione Religionis, ut bene notavit Cardinalis Bellarminus Controv. 4. lib. 4. cap. 5. semper ista sex demonstrari possunt. I. Author ejus. II. Dogma aliquod novum. III. Tempus, quo coepit. IV. Locus, ubi coepit. V. Quis eam oppugnaverit. VI. Exiguus aliquis coetus unde paulatim aliis adcedentibus coeperit. Hoc certe in Arianis, hoc in Nestorianis, Eutychiis, Lutheranis, Calvinianis observare, atque demonstrare in promptu est; nec solum in

illis, quae ingentes in Ecclesia turbas excitant, sed in obscuri, exiguae nominis scitis eadem indicari posse infra ostendemus. Eo igitur magis in Monothelitarum haerese, quae totum orbem concussit, & ipso Eutychio teste, quadraginta sex annos Ecclesiam turbavit, & quod maxime notandum est, sui Authoris nomen praeferebat; Monothelitas enim Maronitas communiter appellatos fuisse, ceu rem vulgatissimam Eutychiis ubique praefumit, ut infra ostendam. Oro nunc hdem tuam, Candide Lector, his ita stantibus, Maronem esse Monothelismi Principem ignorare poterunt Sextae Synodi Patres, & Episcopi Syriae, & Palestinae, qui Sextae Synodo interfuerunt: ut sciscitantibus Legatis Apostolicae Sedis, ceterisque Patribus Graecis & Latinis, aut non haberent quid ad rem reponeret, aut haberent, alium quempiam pro vero Haerese inventorem supponeret? Hoc suspicari, sane impii esset, illud infanti hominis credere; hoc enim perinde foret, ac si quis dubitaret, an Patres Tridentini Lutheranismi Authorem agnovissent. Restat ergo probare, Eutychium, & Orientales, qui ipsum excubant, non modo adferere, sed ceu rem vulgatissimam praesumere, Monothelitas vulgari nomine Maronitas ab ipso Haerese exortu nuncupatos fuisse. Si enim hoc semel evictum fuerit, causa meo iudicio peracta est; jam hoc probemus.

Eutychius ad annum novum Hegirae: *Heraclius Constantinopoli Hierosolymam contendebat, devotissimam a Persis Provinciam involsurus. Quamque Hemesam pervenisset, in Urbem admitti petiit, sed ab incolis repulsus est, quum dicerent. Mironita es, nos praeterea Religionis, hostis, (Melchitae erant Hemelessi) Quamobrem Heraclius motis ab Urbe castris ad Guenabium Maronitis pervenit.* Eutychium sequitur author Melchita Historiae Conciliorum: *Alcidit Hegirae initium in usum primum Heraclii: is Mironita fuit, quamobrem quum Hemesam Urbem intrare vellet, ab Oppidanis Repulsus est: Tibi quidem, aiebant, quam Imperatoribus obligovimus, fidem reddimus; Urbem autem nostram involare nonquaquam possemus. Quid ita? inquit Imperator. Quia, respondere Hemesam, fides tua, fides Mironis est, qui credit, unam Christum Domino nostro inesse voluntatem.*

Ab ipsis ergo suis incunabulis Monothelismus Maronitis nomen tulit, proprioque nomine parentem suum indicabat, ea propemodum fama, quae Arianismus & Nestorianismus Authores suos huculque praedicant: hoc garrulus anus, hoc delirus senex, hoc Sophista verborum, hoc univervi noverant, & ceu rem vulgatissimam loquebantur; hoc videlicet totum necessitate erat, ut Hemelessi Monothelismum exprobrantes Imperatori, propria & usitata voce loquerentur. Nec dici potest, Eutychium Monothelismo nomen Maronitis per quandam vocabuli anticipationem indidisse, scit Monophysitas nominamus Jacobitas, eo etiam tempore, quod Jacobum Baradaeum ejusdem sectae propagatorem antecessit, & Scriptura in historia diluvii quaedam animalia immunda vocat, utique

que ante legem Moisaicam, per quam discretio mundi ab sinuendo inducta postea fuit: & apud Ezechielem inter Aegypti Urbes Alexandriam legimus, quando Alexander necdum natus fuerat. Hoc, inquam, causae nostrae accommodari non potest, quia Eutyechius diserte adfirmat, Maronem Monothelismo antiquiorem, nec Monothelitarum sectae propagatorem, sed inventorem fuisse: contrario Jacobus, a quo Jacobitae, Monophysitarum sectae author non fuit, etsi haec secta ab eo postea nomen acceperit. Quare anticipatum vocum in usu loquendi est circa rem, antecedentem novi vocabuli usum. Neque huic regulae exempla ex Scripturae usu deducta adversantur, ut patet. Interprete hoc loco non indiget Eutyechius, quem eodem contextu Maronem Monothelismi inventorem adferat, fuisse sectariis suum nomen communicasse praesumat; quare Heraclium Maronitam adpellat, & addit, eundem propter Maronitismum a Praetorianis interfectum fuisse. Supponit ergo rei fuisse coevum ejusdem vocabulum; Johannem praeterea Papam inducit, semel & iterum rotundis verbis adferentem: Monothelismum esse Maronitismum, seu Maronis errorem, idque non in privato atque colloquio, sed in Epistola dogmatica ad Imperatores. Atqui in Epistolis, aliisque publicis instrumentis, tempore, quo res ipsa gerebatur, scriptis, nullus fingi potest praedictae exceptioni ab anticipatione vocum petita locus.

Quum ergo Monothelitarum secta non ingentes modo turbas excitaverit, sed & Auctoris sui nomen una cum haeresi per universum fere orbem circumtulit, incredibile prorsus est, ejus inventorem nulli illorum temporum Scriptori, nulli Concilio, nulli Ecclesiae notum fuisse. Habemus in historia Ecclesiastica Ophitarum, Catarorum, Agnoitarum, & similibus Haereticorum ignobilis & obscurae sobolis descripta nomina, Authores, aetatem, progressum, exitum; nulla tamen advertebam illos habita fuisse Concilia, nullae in aliquo publico Ecclesiae conventu de eorum origine disquisitiones, nulli Authores, qui eorum historiam scripserint, vel sectam ex professo impugnaverint.

At contra Monothelitas quamplures in toto Orbe coactae Synodi, de eorum origine, & Auctore in duobus magnis Conciliis Romano, & Constantinopolitano actum est: eorum errorem impugnavere luculentis scriptis Patres doctissimi, totoque Orbe celeberrimi, quorum aliqui sub ipso Monothelismi exortu vivebant, & in ipsa causa actores erant S. Sophronius & plerique Sextae Synodi Patres. Profecto dicere Sanctum Sophronium, & Sextam Synodum ignorasse Monothelitarum originem, illorumque ad suam usque aetatem progressum, mihi videtur ejusdem insaniae, ac dicere S. Cyrillum, & Synodum Ephesinam Nestorianorum Authorem & haeresim ignorasse: dictum est tamen hoc postremum, & a Catholico Societatisque Sorbonicae Doctore paucis ab hinc annis typis vulgatum: tanta fuit hominis impudentia: aususque est adfirmare, nec Sanctum Cyrillum,

neque Synodum Nestorii mentem adsequutos fuisse; Socratis nempe Scholasticus, secta novitiani, ipsum hoc paradoxum insinuantem, testimonio majorem quam illis fidem habendam esse ratus. Quamobrem haberet Renaudotius exemplum, quo se utcumque defenderet, si id dymtaxat nobis persuadere couterderet, nec Sextam Synodum, neque Sanctum Sophronium intellexisse haeresim Monothelitarum: quomodo autem persuadere, aequè illis ipsis Monothelitis ignotum fuisse Monothelitarum auctorem, nullum simile in ulla cujusvis temporis historia cum habiturum puto: adeo novum, adeo inauditum, adeo incredibile est.

Quare ego nunquam adducar, ut credam, Renaudotium virum gravem, tali specie unquam sibi illud passum fuisse, praesertim quum nos admonentem audiam in observationibus ad commune officium Liturgiarum Syriacarum Jacobitarum tom. 2. pag. 70. ut in iis, quae ad illorum temporum historiam Ecclesiasticam pertinent, Graecos, & Latinos illis, qui Syriacae, vel Arabice scripserunt, ubique praeseramus: Quae illorum, inquit, temporum historiam spectant, a Graecis potius, quam ab Auctoribus, qui Arabice, aut Syriace scripserunt, petenda sunt: neque fraudi esse debent inanes quorundam librorum de Ecclesiastica Historia tituli, quasi quidquam Graecis, aut Latinis incognitum docere nos possint. Haec autem Renaudotius monebat occasione additionis Trisagio factae a Petro Fullone, quam Abulpharagius Syrus Historicus Philoxeno perperam adscripserat. At illius perverfae additionis & Fullone excogitatae fama, si cum Monothelitarum rumoribus comparatur, nulla est. Quare Renaudotio pro ita, quae nobis opportune mox suggererat, sapientissimum Tertullianum monitum rependimus ex Apolog. cap. 8. *Sapienter non credit, recogitandumque est, num primum illud os mendacium seminaverit; quod saepe fit, aut ingenio aemulationis, aut arbitrio suspitionis, aut non nova, sed ingenio mendandi voluptate.* His scilicet tribus indicibus Eutyechium dignosces, Renaudoti. Recogita primum secta fuisse Melchitam, & id propter Maronitarum aemulum: praeterea patria Aegyptium, suspicax est id genus hominum, & in concepta semel opinione pertinacissimum; vide Baronium ad ann. 452. unde Eutyechio suborta suspicio fuerit dicam infra. Postremo, origine Graecum: novane Graecis, an ingentia sit mendandi voluptas, omnes norunt, tantaeque tria Oecumenica Concilia, Constantinopolitanum Tertium, & Quartum, nec non Florentinum.

Sed sine, quoniam alitende nulla patet evadendi via, maronem omnino Mortalium vaserrimum Graecis, Latinis, omnibus hominibus imposuisse, suppositisque Theologi, Cyriacique nominibus seipsum occultasse; an Maronitis, quos tu Monothelitas dicis, Maronem illudere atque imponere voluisse credis? Filii Patrem? Quod-falsum adulteri, quos succipitae sobolis pudeat. Sed in primis talis non erat Monothelitarum secta Maronis tempore, ut autho-



lelmo Tyrio erant aequales, quem primum inter Latinos hujus fabulae authorem proferunt Morinus, & Renaudotius? Cur Graeci Photii sui non meminerunt, cujus imaginem in templis Maronitarum, ab illis demum depictam, vidi cum Graeca Epigrapha, ne fraus a Syris hominibus deprehenderetur? Cui Septimam Synodum praetermiserunt, cujus memoriam omnia eorum Kalendaria recolunt die undecima Octobris?

Heic vero obiter observo Patrum Concilii Florentini prudentissimum judicium, quando proposita eodem tempore Nestorianorum, & Maronitarum in insula Cypri commemorantium causa, Nestorianos quidem Nestorii nomen abjicere jufferunt, suum vero retinere concesserunt Maronitis; qua discretione iudicii nullum Maronem Haeresiarum se agnovisse declarant. Aderant tamen in Concilio Nestorianorum, Jacobitarum, Coepitarum Legati, Eutychiei, & Arabum de Marone commenta non ignorabant, sed illis rejectis Patres decessorum suorum testimonium defendendum esse censuerunt, a quibus Monothelismi Authores didicerant Theodorum Pharanitanum & Cyrum Alexandrinum; nullum Maronem: vide Const. Eugenii IV: apud Horatium Justinianum p. 3. n. 20. Patrum Florentinorum sententiam Sedes Apostolica sequitur, quoties illi ad Maronitas, vel de Maronitis sermo est, proprio nomine Maronitas appellat. In his autem errasse Eutychieum, ut in aliis bene multis mirum non est, quum Josephus suae gentis historiam & sacris Libris describens ipsi Divinae Scripturae multa contraria scribat. Tacitus Josephi libros prae manibus habens, unde Ebraeorum historiam ediscere in promptu fuisset, quali virum gravem puderet, Judaeo de rebus Judaeorum scribenti credere, Apionem Grammaticum mendacissimum, atque impudentissimum exscribere maluit. Ex illo enim, quae de Ebraeorum origine & moribus prodidit Hist. Lib. V. infalsa, ridicula, incredibilia haust. Ut hinc interea discas, non eum esse summae prudentiae canonem, quem Johannes Morinus, & Morinum sequutus Renaudotius, alique Critici praetendunt iis, quae haecenus de Maronitarum Origine, atque Religione scripserunt: quasi nihil Maronitis in hac parte deferendum sit; ita audito semel Willelmo Tyrio statim decernunt, Maronitas a Marone Haeresiarum nomen accepisse. Quali vero in Maronitarum historia minus peccare potuerit Willelmus, quam in iis, quae de suimet Patriarchae Hierosolymitanis in Urbem adventu, & rebus ibidem gestis illum errasse notavit Baronius ad an. 1155. Addit Simon Richardus in not. uber. ad Apol. Sever. Willelmum Maronitis praefuisse: quod falsum est, quum Libanus Mons, ubi Maronitas conlocat Willelmus, ad Antiochenum Patriarchatum pertineat; Tyrius autem Episcopatus Hierosolymitanus Dioecesis pars sit. Sed quid faceret Simon, ut Willelmum non tantum ex fama loquutum fuisse nobis persuaderet; vereretur, ne ipsi illud Tertulliani ex Apologia Maronitae reponeret. *Fama ne tunc quidem quam aliquid veri affert, sine mendacis vitio est, detrahent, adijciunt, de-*

*mutant de veritate. Quid? quod ea illi conditio est, ut non nisi quum mentitur, perseveret.* Atqui ex fama tantum loquutum fuisse Tyrium, praeter multos viros doctos, ipsi Galli Scriptores deprehenderunt, & ingenue fatentur Britius Rhedensis ex Capucinorum familia in notis ad Annales Baronii ad an. 1066. & Pagius non uno in loco. Veram esse conjecturam nostram, ostendit ipsa obscuritas, cum qua de Maronitarum conversione loquitur Willelmus: adeo nullas circumstantias facti tam illuistris indicat. Sed rei gestae historia a Maronitis petenda fuit, quam edidit Fautus Naironus in Evoplia, & in Dissertatione de Religione Maronitarum, causas praedictae actionis ex antiquo & oculato teste Thoma Cfarthabensi referens, atque Maronitarum Patriarchae nomen, sub quo res gesta est, quaeque eandem antecessere, & consequuta sunt. Sua sunt cuiuslibet genti monumenta, traditiones, historiae, quas ab exteris petere velle ejusdem fatuitatis esse putat, ac si quis Anglorum, aut Francorum originem a Graecis, aut a Persis discendam contenderet, seu Ebraeorum Religionem ex Tacito. Historiam scribebat Eutychieus Alexandriae fuit anuum Christi nongentesimum secundum, res trecentos ante annos gestas ignorasse scriptorem, alioquin minime adcuratum, reique Chronologicae non satis peritum, non miror. Eutychieum reliqui Aegyptii Melchitae, & Jacobitae, Elmacius, Macarius, & alii a Renaudoto citati, ac praeter illos, Georgius Ben-Hamra, & Anonymus author Historiae Conciliorum, qui omnes Arabicis scribentes, Arabicae Historiae parentem Eutychieum exscribunt; quare eorum numerus neminem movere debet. Mihi fore certum est ex illo praecipue indicio Coenobii in Apamensi tractu celeberrimi, ab ipso Eutychieo hoc loco indicati, Maronem Monachum, Theodoro notum, ab illo fuisse intellectum, praesumptumque velut totius fabulae subiectum; ipsi enim uni Coenobium, ab Eutychieo memoratum, extructum fuisse patet ex Theodoro, & ex regestis in Quinta Synodo, de quo haec Procopius lib. 5. *Supra Apameam Pauperum Hospitium S. Romani reparavit, & monia Sancti Maronis*: ejusque Coenobii rudera adhuc supersunt ad ripas Orontis. Sed Eutychieus in veteri historia parum versatus, quo tempore, quae in Religione Maro Apamensis vixisset, ignorabat, nec fortasse videret, illi occurrebat; Maronis enim Monachi vitam Theodoretus paucis perstrinxit in Philotheo; alii Historici paucis reticuerunt.

Certe convincitur Eutychieus in tota illa Monothelismi historia identidem dormitasse, ex iis praesertim, quae ipsemet in Chaliphatu Homari Ben-Alchoatabi scribit: *Quadragesima sex nempo annos Monothelitarum tumultibus pacem Ecclesiae fuisse turbatam, puta ad Sextae Synodi aetatem, cujus Aeta haec Eutychieus exscribit, & nos supra ostendimus.* Ad haec quo pacto cum iis, quae de Monothelitarum turbis, sub Mauricio excitatis, Marone duce, idem scripserat, conciliabit, quando Mauricius septuaginta octo ante Concilium anno 4

Phoca interfectus est? Quapropter Eutychieus non solum ab omnibus probatis Historicis dissentit, sed secum ipse pugnat: quod somniam-tium proprium est.

Unde autem illum errorem Eutychieus hauserit, quidem fabulae componendae materi-ae dederit, divinare non possumus. Fortasse quod sciret, populos Coelestriae, in quibus censetur Apamensis, & Hemeffeni, suo tempore Monothelismum profiteri, & aliunde ipsi notum esset, Maronis Coenobium, ibidem situm, ab ipsis summo in honore haberi, facile credidit S. Maronem, in illo Monasterio con-ditum, a vicinis gentibus pro sui erro-ris magistro coli; atque inde Maronem Monothelismi inventorem fuisse intulit. Hac hypothesi ita constituta, Cyrum, Sergium, Heraclium, alio-que Monothelismi fautores, Maronitas conse-quenter appellandos censuit.

Aliquem nihilominus dolui in hoc nego-cio intercessisse, vehementissimum indicium esse potest Epistolae Johannis Papae textus, ab eodem Eutychio enormi interpolatione non uno in loco corruptus. In ea Epistola, ut omnes no-runt, Monothelismi fautores Sergius, & Pyr-rhus notantur, nullaque de Marone mentio, neque usquam fiebat. Quid faceret Eutychieus, ut adornatae contra Maronitas calumniae infi-gnem aliquem testem ipse subornaret, simulque a suis Aegyptiis inventae haereses labem, ut poterat, extirperet? Illam in Maronem Apamen-sensem transferre cogitavit, testemque Johannem Papam statuit; quem idcirco ad Imperatores Heraclium & Constantinum ita scribentem inducit: *Decem & octo ab hinc annis Cyrus Pa-triarca Alexandrinus existit, qui, secundam opinionem Maronis, asserens, Christum Domi-num duas quidem habere naturas, unicam tamen voluntatem, atque operationem.* Et infra: *Qui vero asserunt, duas quidem naturas, unicam tamen Christo inesse voluntatem, atque unicam operationem Divinitatis, ac Humanitatis; ejusdem, in Maronis male dicti errorem prolapsi sunt.* Nihil horum habet Johannis Epistola, sed omnia ab Eutychio subdole textui inserta fuisse, convincunt Codices Latini, Graecique omnes, imo & Arabici, in quibus etsi Latini & Graeco textui quaedam adjecta legantur, de Marone tamen prorsus nihil; adeo ut interpolantis crimen meo iudicio nulla excusatione defendi, aut occultari possit.

Interim recole quod supra a nobis adscitum probatum est, & ex hoc loco mirifice confir-matum. Id erat, ab Eutychio praesumi, Mo-nothelismi originem nec incertam, nec paucis notam, imo notissimam, atque omnibus Eccl-e-siis compertissimam fuisse; hoc enim ab Euty-chio supponendum erat, quando Summum Pon-tificem Johannem inducens scribentem ad Im-peratores, Monothelismum & Maronitismum voc. esse syoniasias. Rem ergo tum in Occi-dente tum in Oriente vulgarissimam, ut supra inferebam, Sextae Synodi Patres ex toto Orbe collecti ignorarunt; ignorare S. Maximus, S. Sophronius, S. Martinus, & reliqui Patres Graeci & Latini; expectandus erat Eutychieus,

qui trecentos post annos veram Monothelismi originem Concilia & Patres edoceret.

His pressi argumentis plerique recentiores, qui alias in verba Eutychiei jurasse videbantur, eundem ex parte deserunt, finguntque alium a S. Marone Abbate, qui ab Eutychio adscitur, Maronem Monachum sub Saraceno-rum domi-natu vixisse circa seculum septimum, ut octa-vum; eumque, Mahometanis Syriam & Aegy-ptum occupantibus, Monothelismum in Coelestria, & Monte Libano docuisse; ita quippe credunt eludi argumenta ex communi silentio Graecorum, atque Latinorum petita: multas siquidem hujusmodi novitates tenebrosis illis seculis inductas in provinciis Saraceno-rum impo-rijo subjectis a nostris penitus ignoratas fuisse, quas ab iis, qui Syriace, aut Arabice scripserunt, petere oportet. Vix credibile esse, Eutychieum tot inter falsa nihil veri fanctique dixisse, praesertim quum de rebus in proxima sibi Syria gestis scriberet. Multo propius vero esse, vera falsa promiscuisse, quod solent, qui ex fama aliquid narrant. Illud quidem colligi posse ex Eutychiei historia, Popalos, qui suo sub aevo Maronitas appellabatur, Monothelismum profes-sos fuisse, atque vero huc fundamentum ce-tera, quae vera non sunt, superextruxisse, alio-quin apertum putidumque mendacium vulgaf-set, quod praesenti & manifesto iudice prodi & redargui potuisset. Quod ab Eutychio viro gravi, famaeque & eximiationis suae minime prodigo, factum non praesumitur; nec enia probabile est.

Sed nec verosimile est, sui Maronis Aeta Maronitas latere potuisse; nec enim Jacobitas Jacob, qui fuerit sectae propagator Jacobus Baradaeus, a quo nomen accepit: nec suus Calvinianus Calvinus, nec suus Nestorianus Nestorius. Memorant quidem Maronitarum historiae Maronem Patriarcham, cui Monothelismi nota fuerit a sonnullis inusta; sed addunt; a Legato Apostolicae Sedis vindicatum fuisse, & Romam profectum a Summo Pontifice Christianis Montis Libani fuisse praefectum; negantque ab illo Monothelismum fuisse propagatum: quod & ejus Scripta ostendunt, in quibus nihil pro Monothelitis, multa adversus illos leguntur. De Libani adcolis Codrenus, & Zonaras scripserunt; scripsit Leontius de Sectis Orientalium; Nicephorus, Euthymius, Zigabeus, & alii: de Marone nihil habent.

Quod si dicas, Eutychieum respexisse prio-ra Maronis tempora, quibus eum Monotheli-tam fuisse quidam crederunt, non moramur; etsi id sola Aeta a Quaresimo edita testentur. Fortasse Eutychieus ea fama inductus, credidit, populos, qui suo tempore Maronitas nuncupantur, praedicti Maronis errorem sequutos fuisse, vel, quod vero longe propius existimo, atque supra indicabam, Apamenses, Hemeffeni, & Canneliniani ab Eutychio hoc loco nominati, qui S. Maronis, ad Apameam sepulti, praeci-pui cultores fuerunt, ea tempestate, qua ille scribebat, Monothelismum palam profiteban-tur; nam de Marone Apamensi clare loquitur. Id vero satis erat, ut Eutychieus, Scriptor ce-tera

tera præceptis, & minime adcuratus, in illa delaberetur absurda, quæ de eodem Sancto Marone commentus est; nec erat necesse, ut Libani adcolæ Monothelitarum errorem sequeretur: nec enim hoc dicit Eutyechius, nec Ben-Affalius Eutychio multo recentior: quidquid contra coeuret Renaudotius, & si quis alius dicit, non probat; imo & certissimis documentis refellitur.

Postremo compara quæ de Maronitarum rebus tradidit Arabes, a Renaudotio laudati, cum illis, quæ Tacitus Lib. V. Histor. de originae & religione Judæorum prodidit; animadvertes fieri posse, ut Vir, cetera prudens & doctus, nullo præterea adfectu occupatus, in absurdissimas opiniones abeat, quas cum vera historia conciliare, aut ullo pacto defendere, erit cum infano velle simul insanire.

Nec a Renaudotio imponi sibi quispiam finit, dum affirmat, omnes Orientales Eutychio suffragari; contrarium enim docent in sua Confessione Jacobitæ, a Faustio Nairono citati:

فما رديوا الطوايف يا ماما حتى قاتمت اقسام  
يا موازنه طبعيتموس وچوروس ومشيتموس.

*Noluerunt*, inquit illi, *Nationes credere, donec audirent a vobis, o Maronitæ, duas Nationes, Substantias duas, atque duas Voluntates.* Quare Abulpharagius cognomento Bar-Ebraeus. Eutychii historiam retexens, hoc loco eum deserit, deserunt etiam Melchitæ in historia Sextæ Synodi, & in additionibus ad laudatam Johannis Papæ Epistolam; sed & in Officio Dominicæ primæ in Quadragesima rejectis Eutychii, & aliorum Arabum testimoniis, Heraclii memoriam solemni ritu quotannis recolunt.

Quæ quum ita fe habeant, tum est quicumque veritatem amas, decernere, an possibilibus omnium Scriptorum Latinorum, Græcorum, & multorum Orientalium testimoniis, debuerit Renaudotius Authoribus fidei adeo suspectæ, præterea Ecclesiasticæ historię impertissimis seipsum committere, tantumque illis tribuere, ut solo eorum testimonio fretus, ex acie stare se posse consideret contra Censores Syriacorum Codicum Romæ editorum, viros doctrina atque pietate spectatissimos, Robertum Bellarminum, Alexandrum Ursinum, Robertum Ubaldinum, Octavianum Bandinum, Petrum Aldobrandinum Cardinales, contra Theologos, Linguae Syriacæ peritissimos, & in Ecclesiastica historia versatissimos, Hilarionem Rancatum Ordinis Cisterciensis, Petrum Metropolitam Societatis Jesu natione Maronitam, atque alios Typographicæ rei Præfides. Videtis Epistolam Cardinalis Bandini, Maronitarum Breviario præfixam; in illo enim Breviario Maronis nomen non semel & iterum Sanctorum factis adscriptum legitur. Haec ex Diatriba nostra, qua Romana Chaldaici, seu Syriaci Antiochenæ Maronitarum Ecclesiæ Missalis editio adversus Eusebium Renaudotium vindicatur, quomæ propediem vulgaturi sumus, excerptimus.

Quisquis autem hæcenus disputata studio-

se perpendat, aliam profecto præter hanc sententiam ferre non potest: Non esse quidem evidens, Maronem & Maronitas hæreticos non fuisse, quum in hoc non omnes conveniant; evidentissimum tamen esse, crimen hæresis ipsius impactum non probari, ut perinde pronum non fit pari etiam cum probabilitate thesım oppositum sustinere. Hujus sententiæ æquitate negabit ille solus, qui rationes hæcenus adductas vel non examinat, vel non adsequitur, quum vix mentis compos sit ipse suæ. Ab utroque non longe abesse videtur quisquis illam Naturæ legem vel non adtendit, vel stupidus non sentit: Nefas esse condemnare minime nocentem; nec nocentem judicandum esse, quem talem esse non constat. Unde fluxit illud axioma: *Atto-re non probante, reus absolvitur.* Absolvendus est ergo cum suis Maronitis Maro, quem hæresis primus Eutyechius Aegyptius, auctor nec doctus, nec Orthodoxus, a liique ejusdem fregales, a Renaudotio frequenter laudati, adcurare potuerunt; hæreticos fuisse, nunquam probare potuerunt: & hos quidem merito contemnimus. Ab Eutychii vero adversariis, qui nihilominus ipsum in hoc articulo, Willelmo Tyrio signifero, sequuntur, eam, quam diximus, sequitatem, virtutem honesti viri maxime propriam vire virigimus. Quicumque autem Orthodoxi sumus, Generalium Conciliorum, Summorumque Pontificum auctoritatem reverentur. Maronitarum namque & Maronis nomen audierunt, & susceperunt duo Generalia Concilia, Florentinum, & Lateranense sub Leone X. Romanique Pontifices quotquot a S. Hormida usque ad nostram ætatem in Cathedra Petri sederunt. Testantur factum Acta Synodalia & Diplomata omnia ab Apostolica Sede ad Maronitas hæcenus directæ, cum solemni Formula: *Salutem & Apostolicam benedictionem*; quam nuncupationibus hæresim indicantibus nunquam Romani Pontifices subjecerunt; sed communicatorias literas petentibus Hæreticis ab Hæresi converis, derivatam ab Hæresiar-chis rescuerunt nomenclationem, ejuque usum in posterum interdixerunt. Summæ profecto impudentiæ, ne dicam perversitatis est supremae in Ecclesia auctoritati quovis pacto detrhere; detrahit autem quisquis adfirmare audet, Concilia universalialia, & Romanos Pontifices vel ignorasse Maronitarum cognomentum a Marone Hæresiar-chæ desumptum, vel agnovisse quidem, & nihilominus præter antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem, & Apostoli Johannis edictum, Hæreticis hominibus *ave dixisse*. Denique Christiano cultibet homini serio considerandum est, quid sibi virtus professionis suæ maxime propria, fraterna nempe caritas præcipiat; compertissimum quippe est, quantum conferat ad confirmandos in fide Catholica populos ipsum hoc credere, se Catholicos hæcenus a præcis temporibus existitisse; hanc videlicet, quam ipsi tenent, suorum avorum fuisse religionem; hanc proinde fidei quasi carissimam filius, velut luculentam amplamque hæreditatem a suis parentibus relictam; fundum paternum nullo pretio vendendum, nullo tempore



# I N D E X

## I N A C T A

### MARTYRUM OCCIDENTALIIUM

*Martyres, quorum Acta, aut Passiones exhibentur,  
majusculis literis notati sunt.*



| A  | rint? 36.   |
|--|---|
| <p><b>A</b>dalla Rex Arabum 258.</p> <p><b>A</b>bdas Episcopus Sufae &amp; Martyr 402.</p> <p>Abibio Abbas, Monasterii Teledensis Fundator 399.</p> <p>Abraham Patriarcha 158. 395.</p> <p>Abraham Sultanus 400.</p> <p>Abfalomus Martyr 42.</p> <p>Abfelamus, aliis corrupte Abefalqmites, Abefalom, Abefalom &amp; Balsamus, S. Petri M. cognomen- tum, 206. &amp; seqq.</p> <p>Abstinencia S. Simeonis Stylitae admirabilis 239. 253. 273. 276. 280. 287. 301. 401.</p> <p>Abundantius Martyr 41.</p> <p>Academia Ducis Augustobrigae 13.</p> <p>Achillaeus Martyr 219.</p> <p>Acta Martyrum qui servata? 34. 45.</p> <p>A quibus collecta? 44. &amp; seq.</p> <p>Acta Martyrum corrupta quo tempore in scenam prodire coepe-</p> | <p>Acta Martyrum Occidentalium, quae hic exhibentur, Metaphra- sti adjudicari nequeunt 6.</p> <p>Actorum veterum Martyrum Euse- biana Collectio vide Eusebiius Caesariensis</p> <p>Adelhelmus, sive Aldhelmus, Episco- pus Aglorum 149.</p> <p>Ejus narratio de Constantia Regi- na ope S. Agnetis sanata refelli- tur ibid. &amp; 154. 158.</p> <p>Adonis lapsus 188.</p> <p>Adparitio S. Agnetis 153.</p> <p>S. Simeonis Stylitae 267. 329.</p> <p>Adraflus Martyr 41.</p> <p>Aedesius vide Hedesius</p> <p>Aegroti adflati odore Sepulcri Sancto- rum Martyrum, extemplo con- valescunt 108.</p> <p>Aegypti Regum Ptolemaeorum in Li- teras promerita 9.</p> <p>Aegypti Episcoporum suspiciones S. Simeon Stylites diluit experi- mento humilitatis 254.</p> <p style="text-align: right;">Aegy-</p> |



- Aegyptii Martyres 58. 65. Agrippa Rex 171.  
 Aelia *vide* Hierosolyma Agrippa Praefectus 210. 219. & seqq.  
 Aemilianus Martyr 211. Aitua oppidum Montis Libani 401.  
 Aera *vide* Epocha Annibal Card. laudatur 245.  
 Afra Martyr 225. Albanus *vide* Clemens XI.  
 Agabus Propheta 171. Albinus Ep. Andegavenfis 42.  
 Agape Virgo & Martyr, cum forotibus Pifte & Helpe, ac matre Sophia 5.  
 Agape Martyr cum Sanctis Chionia & Irene 212.  
 AGAPIUS Martyr Palaestinus 185. 198. Alexander Martyr cum Cajo 44.  
 Ejus memoria & cultus 182. 198. Alexander Martyr cum SS. Prisco & Malcho 44. 171.  
 — Martyrii tempus *ibid.* & 185. Alexander Martyr cum Epipidio 46.  
 — Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 198. Alexander Martyr cum S. Felicitate matre & sex fratribus 220.  
 Agatho Papa 405. Alexander III. P. M. 147.  
 Agathopodes Martyr 5. 57. Alexander VIII. P. M. 11. 225.  
 AGNES Virgo & Martyr 159. Alexander Ep. Alexandrinus 35.  
 Ejus Patria *ibid.* Alexander Ep. Hierosolymitanus 43.  
 — Nominis interpretatio 150. 159. Alexander Essebenfis Anglus 154.  
 165. Alexander Magnus 186. 212.  
 — Memoria & cultus 148. 150. Ejus Epocha duplex 213. & seqq.  
 154. Alexander Severus Imp. 215.  
 — Festivitas duplex 153. Alexandra Imperatrix Martyr 5.  
 — Martyrii tempus 157. Alexandria urbs 167. 188. 196.  
 — Et genus 158. Ejus Aera 212. & seqq.  
 — Acta apud Latinos adulterina 148. & seqq. Alexandrina Bibliotheca 9.  
 Ecclesiae sub ejusdem nomine 149. Alexandrini Martyres 44.  
 154. Allatius, Leo, confutatur 245. 248.  
 Quare cum agno depingitur? 153. & seqq.  
 Varias ejus corporis inventiones ac translationes refelluntur 155. ALPHEUS Martyr Palaestinus 177.  
 Agnes Marciani Imperatoris ex forore filia 155. Ejus patria & genus 173. 178.  
 Agnos, ex quorum Jana Pallia Pontificum conficiuntur, benedicendi ritus origo 153. — Officium *ibid.*  
 — Memoria & cultus 173. 181.  
 — Martyrii tempus 173. — Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 172.  
 Agonalis Circus 154. 165. Alphonfus VI. Rex Castellae 156.  
 Ad ejus fornices tracta est S. Agnes, ut ipsius pudicitia violaretur *ibid.* Alphonfus VII. Rex Castellae 156.  
 Altaris formam S. Simeon Stylites ab

|  |                     |   |                   |
|--|---------------------|---|-------------------|
| ab Angelo edoctus  | 271.                | Anona inter S. Simeonis Stylitae manus divinitus multiplicata   | 277.              |
| Alypius Stylites   | 257. 259.           | Anthia Martyr   | 5.                |
| Decubitu diuturno admirabilis  | 264.                | Anthimus Episcopus Nicomedienfis & Martyr   | 54.               |
| Ejus Columna qualis fuerit?  | 261.                | Antiochia urbs 175. 179. 391. & seqq.   |                   |
| Amasea urbs  | 216.                | Ejus terrae motus   | 229. 379. 403.    |
| Amatus, Cajetanus, a Pontificiis Brevis ad Principes Epistolis laudatur                                    | 7.                  | Ibi Ecclesia sub nomine Sancti Zachaei  | 173.              |
| Ambrosius Ep. Mediolanensis  | 154.                | Antiochena Synodus  | 124.              |
| Ei perperam vulgatus Passionis S. Agnetis Libellus adjudicatur   | 148.                | Antiochena Ecclesia   | 404.              |
| Non omnia ejus Scripta adeo certa, atque adcurata existimanda, ut nullius ea adlucinationis arguere liceat | 158.                | Antiochenorum Epochâ 228. & seqq.   | 398. 412.         |
| Ambrosius Confessor  | 44.                 | Antiochus Tribunus  | 168.              |
| Amida, alias Ammaea & Constantia, urbs   | 123. 258. 333. 402. | Antiochus Isauriensis Dux   | 267.              |
| Ammon Diaconus & Martyr  | 218.                | Antiochus Praefectus  | 327.              |
| Amolwinus rusticus   | 157.                | Antipatri Bostrensis testimonium de Collectione Actorum Martyrum suffragio Constantini M. ab Eusebio facta refellitur | 43.               |
| Amos Propheta  | 59.                 | Antonia Belisarii vidua   | 167.              |
| Amphianus vide Apianus   |                     | Antoninus Martyr  | 5.                |
| Anadris vicus  | 323. 401.           | Antonius Pius Imp. Ecclesiae persequutor  | 220.              |
| Anapulus suburbium CP.   | 255.                | Antonius Magnus Monachorum parens   | 264.              |
| Anastasia Martyr   | 156.                | Monasticae exercitationes ab Angelo edoctus   | 252.              |
| Anastasio Imp.   | 54. 249.            | Ejus Corporis translatio  | 156.              |
| Anastasio Patricius Cyzicenus  | 67.                 | Antonius S. Simeonis Stylitae Discipulus, ejusdemque Actorum scriptor   | 227.              |
| Anastasio Bibliothecarius  | 207.                | Ejus lapsus   | 229. 403. & seqq. |
| Anazete sive Hanazit regio   | 352. 402.           | Anulinus Praefensul   | 219.              |
| Anazetenfis juvenis difficillimo morbo per S. Simeonem Stylitam fanatus                                    | 352.                | Apamea urbs,  | 409.              |
| Ancus Martius  | 147.                | Ibi Monasterium S. Maronis  | ibid.             |
| Andreas Martyr   | 165. 220.           | Aphsonitis regio  | 318.              |
| Andreas Canonographus  | 408.                | APLANUS, aliis Amphianus & Appbianus, Martyr Palaestinus  | 189.              |
| Anea vicus   | 206. 209.           | S. Pamphili Discipulus  | 187. 197.         |
| Angeli Martyres confortant   | 72. 78. 85. 89.     | Ejus patria, genus, & mores   | 186.              |
| Pudicitiae vindices  | 151. 163. 165.      |   | 189. 190.         |
| Angelica visione S. Simeon Stylites ad perfectionem excitatur  | 270. 298. 375. 399. |   | — Mc-             |

- Memoria & cultus 187. Artemis, sive Diana, inane figmentum 97.
- Martyrii tempus 188. Ejus nominis ethymologia 122.
- Acta integra nunc primum in lucem produnt 166. 186. Afcalon urbs 186. 206.
- Apocriphi libri qui a SS. Patribus citati? 169. Afcetae qui? 206. 248.
- Apollinaris Ep. Hieropolitanus 44. In cavas columnas abditii 260.
- Apollo 210. 215. 221. Afclepiades Praefectus 173. 182.
- Ejus nominis Ethymologia 222. Afclepiodotus, sive Afclepiades, Judaeorum fautor 244. 387. 404.
- Apollonius Martyr 34. 35. 43. & seq. Afpafius Paternus Vicarius 153. 157.
- An Senator? 46. Afpergius Monothelitarum antesignanus 406.
- Apollonius Lector & Martyr 5. Afpides & viperae in SS. Martyres immiffae, illico a fummo ad imum diruptae obrigeſcunt 118.
- Apollonius Tyaenaeus magus 197. Affemanus, Elias, Antiochenae Eccleſiae Archipresbyter, de Vaticana Bibliotheca optime meritus 16.
- Apoplexia obtuſe factum Satrapam Armenum sanat Sanctus Simeon Stylites 349. Affemanus, Joſeph Simonius, Vaticanae Bibliothecae Praefectus, de Republica Literaria optime meritus 16. 19. 247.
- Aqua pro Baptiſmo conſecranda 127. 147. Aftachus *vide* Nicomedia
- Aqua benediſta aegri & daemoniaci a Sancto Simeone Stylita fanati 284. 293. 294. 347. 349. 351. & ſeqq.
- Aquaviva, Franciſcus, S. R. E. Card. laudatur 22. Aſterius Martyr 45.
- Arabum converſio 328. 345. 348. 402. Atama caſtellum 333.
- Arcadius Imp. 154. 186. 249. Areltinus Regulus 23.
- Araxa urbs 187. Athanaſius Monasticum inſtitutum primum Romam advexit 264.
- Ardaburius Praefectus Militiae Orientalis 391. 404. Athanaſius Antiochenus Patriarcha 408.
